7 Sen

8.

9

J. N. J.

IMPP. ROMM. AUGG.
ILLUSTRI & LIBERAE
SACRI ROM. IMPERII
REIPUBLICÆ ARGENTORATENSI,

Privilegiorum conceſſorum

TRIGAM,

De non Evocando.
De non Appellando, &
De Auſtregis.

AUCTORITATE & DECRETO

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, ET AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS IN CELEBERRIMA HAC ARGENTORATENSIUM STUDIORUM UNIVERSITATE,

pro Summis in utroque jure honoribus, juribus & Privilegiis conſequendis.

Loco Inauguralis Diſputationis aſſerturus, publicæ ac ſolenni diſquiſitioni ſubjicit.

JOHANNES SEBASTIANUS GAMBS, Argent.

Ad diem 2. menſ. Febr. Horis Locoq; ſolitis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARGENTORATI,
LITERIS JOH FRIDERICI SPOOR.
Anno M DC LXXVIII.

V I R I S

Magnificis, Nobiliſſimis, Integerrimo, Prudentiſsimo, Conſultiſsimis & Ampliſsimis,

DN. IACOBO WENCKERO,

Illuſtris ac liberæ S. Rom. Imp. Reipubl.
Argentoratenſis
QUINDECIMVIRALIS COLLEGII ASSESSORI
graviſſimo, & optimè merito:

nec non

DN. JOH. ADAMO SCHRAGIO,
DN. JOH. JOACHIMO FRANTZIO,
DN. JOH. ULRICO FRIDIO,
DN. GOTHOFREDO STÖSSERO,

JCtis celeberrimis,

prælaudatæ Reipubl. Conſiliariis,
Syndico, & Advocatis undiquaque
digniſſimis,

reſpectivè

CURATORI OPTIMO,
Patronis, & Evergetis,
omni devotionis cultu honorandis,

Inauguralis hujus Diſſertationis Specimen,
pietatis & obſequii perpetui teſtem ac ſponſorem,

reverenter allegat

Johannes Sebaſtianus Gambs. Argent.

Lluſtris & inclytæ Sacri Romani Imperij Liberæ Reipubl. Argentoratenſis, Patriæ meæ dulciſſimæ, privilegiorum, ab Imperatoribus & Regibus Romanorum ob ſingularia in Imperium Romanum liberè ſemper exhibita merita, inter plura, Eidem conceſſorum, Trigam hanc nempe, de non-Evocando: de non-Appellando: & de Auſtregis, *hac Inaugurali aſſerturus, ſimulq́, contra vel invidiam vel ignorantiam nonnullorum, annuente* DEO, *vindicaturus. Laborem non alium convenientiorem judicavi, quo prælaudatæ Patriæ, Patriæq́, Patribus, omnibus elogiis meis longè eminentioribus, meam, qua Illam ſubmiſſe & devote; quâ Hos obſervantiſſimè veneror, pietatem, fidem & obſequioſam promptitudinem conteſtari, ſimul & Ampliſſimorum JCtorum in Alma hac ſtudiorum Univerſitate patriâ, nulli & fama & meritis in Rempublicam literariam ſecunda, honorifico Decreto poſt exantlata examina Doctoralia conſcribendi & ſine Præſide publice atq́, ſolenniter habendi Diſputationem Inauguralem, ſatisfacere poſſem, quam ſi hac ipſa omnibus bonis oſtenderem, me pro virili non tantùm juri Cæſareo & Pontificio Communi; verum etiam & inprimis Particulari Patriæ hactenus operam dediſſe, ſaltem ne quis mihi objicere queat, me jura, in quibus quotidie verſor, penitus ignorare. Optarem equidem, ut circa hæc operæ pre-*

vitatem ad alia judicia, Placita, Rotvvilenſe, *W*eſtphalicum, Cameram Imperialem, vel Judicium Aulicum Imperatoris , ob conventiones, injurias vel quaſcunque figurarum cauſas, perſonas, corpus ac bona afficientes, à nemine unquam trahantor, citentor, aut moleſtentor, niſi in ipſa Civitate jus imploranti injuſtè ſit denegatum, vel temerè protractum. Et quisquis hoc non obſervaverit, ſed juri huic fraudem fecerit, ſententiæ non tantùm invalidæ, & nullæ ſunto, ſed etiam regio banno, nec non centum librarum auri plectantor.

EXEGESIS.

PRivilegium hoc de non evocando inter alia Reipubl. huic ab Imperatoribus & Regibus Romanorum conceſſa, ex antiquiſſimis eſt, cui etiam propterea primum hic aſſignare volui locum : Etenim accepto illud fertur Imperatori, Regi Italiæ Lothario hujus nominis III. Auguſto , vulgò Saxoni nominato, Gebhardi Comitis Filio, qui à nonnullis Lotharius quoque II. appellatur. Imperator vero electus eſt anno Chriſti 1125. qui in libris Feudorum inprimis 1. *Feud.* 19. it. 2. *Feud.* 52. & paſſim laudatur, confer *Sigonium de Regno Italiæ. lib.* 4. Princeps rei militaris & legum peritia excellens, ; de quo traditur, quod Senatum Populumque Argentoratenſem, dico Rempublicam hanc in ſpecialem ſui & Imperii Gratiam & Protectionem receperit, II.

atque inde veriſimile eſt, quod hac occaſione ſimul Eam hoc & aliis privilegiis dotaverit : quod ſucceſſores poſtea in Imperio, & inter hos Philippus, item Carolus Imperator (ex Sanctione Aureæ Bullæ celeberrimus) Wenceslaus, Sigiſmundus, Rupertus, Fridericus Tertius, Maximilianus I. Maximil. II. Rudolphus II. & Ferdinandus II. Imperatores Auguſtiſs. memoriæ

III. clementiſſimè confirmarunt. Datum itaque eſt hoc Privilegium inclytæ huic Reipubl. Argentoratenſi, Civitati Sacri Romani Imperii, absque homagii præſtatione ſemper fideli, cujus uſus hinc inde ex obſervantia & ipſis rerum argumentis jam olim benè demonſtratus eſt. Eſſet quidem, ut hic etiam de Civitate Argentoratenſi, inprimis ejus Origine & Antiquitate, Nominibus, Prærogativis, Situ, variis ornamentis, & ipſa Reipublicæ forma ſeu Regimine verba facerem ; verum cum jam antea alii hoc præſtare anniſi ſint, malo Benevolum Lectorem ad illos, inprimis *Limnæ. Tom. 4. jur. publ. l. 7. c. 3. Knipſchild. in eximio tractatu de juribus & privilegiis Civitat. Imperial. lib. 3. cap. 51.* & noviſſimè *B. m. Dn. Jo. Caſpar. Berneggerum Virum Conſularem & de Patria optime meritum*, partim etiam Coſmographos & Topographos remittere, & ſacro ſilentio Eam venerari quam pauca & nec hæc pro dignitate ſcribere.

IV. Videamus igitur Privilegium ipſum, quod uti dixi conſiſtit in *jure non evocandi* conceſſo : Ubi ne quis de verbo *evocare*, ejusque in hoc privilegio propria & peculiari ſignificatione dubitet, cum verbum hoc pro diverſitate ſubjectorum & objectorum varios amplectatur ſignificatus: ſciendum, illud nobis hic idem ſignificare quod exemptum eſſe à jurisdictione judicis alias competentis, ita ut hic nullum Civem, incolam & ſubditum coram inclyto hoc Magiſtratu Argentoratenſi paratum reſpondere, ad judicium ſuum citare, in cauſa quapiam procedere, vel cognoſcere poſſit, nec Civis vel incola Argentoratenſis ſic citatus comparere, reſpondere, judicatumque ſolvere teneatur. *Cauſa impulſiva*, quam Doctores excitativam vocant, quin in dandis privilegiis ab Imperatoribus, ſi illis ita placuerit, iisdem inſeri queat, minime dubito; ut nimirũ inde præſumatur talia non ſine cauſa data eſſe, ſed Principem magni momenti aliquid

quid ad dandum permoviſſe , & occaſionem dediſſe, *Salicet. in Auth. generaliter C.de Epiſcop. & Cler.* quamvis ut illud faciat non teneatur, nec etiam hujus omiſſione privilegium vitietur. vid. *Baron. Enenkel. in elegantiſſ. tract. de privilegiis jur. Civil. lib. 1. cap. 9 n. 30.*
Cum itaque privilegio huic cauſæ ſatis honorificæ V.
ac laudabiles ab Imperatoribus ſint appoſitæ, mihi quoque incumbit, easdem in lucem proferre: Siquidem Lotharius Imp. Aug. clementiſſimis verbis fatetur & teſtatur, *hoc jus ac privilegium fideles noſtros Cives Argentoratenſes pro fidelitatis ſuæ conſtantia, ac ſedulitate Prædeceſſoribus ſuis & ſibi ad honorem regni benè ſervata, & exhibita promeruiſſe ac obtinuiſſe:* Et Imp. Otto IV. Aug. in prima confirmatione ejusdem privilegii; *Nos*, inquit, *inſpecta pura devotione fidelium noſtrorum Civium Argentoratenſium, quam ſemper habuerunt erga noſtram ſublimitatem, attendentes quoq; fructuoſa eorum obſequia, quæ ad honorem Imperij hactenus nobis conſtanter exhibuerunt, & impoſterum ſunt exhibituri, confirmamus eis privilegia & omnes conceſſiones, quas recolendæ memoriæ Proavus noſter Dn. Lotharius Imperator olim civibus Argentoratenſibus fecit & indulſit:*
Idem ulterius declaravit Imp. Fride- VI.
ricus II. *ſpecialiter reſcribens, confirmamus Eisdem Lotharij privilegium, propter ſyncerum affectum, & evidentiſſima obſequiorum ſuorum merita, quibus Regiæ Majeſtatis gratiam ac favorem perpetuò ſibi obligarunt.* Inprimis verò graviſſima ſunt Imp. Friderici III. verba, quando in confirmatione dicti privilegii ita loquitur. Nun haben wir angeſehen Jhre redeliche / demütige bitte / auch getreue und ſtäte dienſt / und beſonders ſo Sie Uns zu Unſerer Kayſerl. Krönung erzeiget / ſolches in allen Stucken beſtätigend / daß es mächtig und kräfftig ſeyn ſolle. Cæterum hæc fidelitatis conſtantia, ſedulitas, devotio, & evidentiſſima obſequiorum merita, toties à cæteris quoque potentiſſimis Imperatoribus repetita ſunt, quoties hoc ipſum privilegium confirmatum eſt.
Complectitur autem in ſe hoc non evocandi privilegium ma- VII.
gnam & præclaram jurisdictionis partem, tanquam *ſubjecti in quo*, illuſtris & inclytæ Reipubl. Argentoratenſis, ſicut verba ejus docent, *ibi*: ſo ſoll man ſie anſprechen inwendig der vorgenandten Statt Straßburg und ihren Stattrichtern / und alda ant-

worten und vollen thun. Atque hinc ſciendum, *Subjectum* ſeu perſonas quæ neceſſitate hujus privilegii jurisdictionis prædictæ Reipubl. ſubjiciuntur, varii generis eſſe, non tantùm Cives, incolas, & ſubditos, verum etiam omnes, qui fide, jurejurando & quocunque obſequio eidem ſubjecti ſunt, juxta clariſſima verba Imp. Maximil. I. *ibi:* daß Niemand die vorgenandten der Statt Straßburg Burger / Inwohner / jetzo zugewandte und zukünfftige Unterthanen / oder die Ihren / ſo der Statt und Ihren Burgern mit Eyden / Dienſten / oder Gelübden verwand und zu

VIII. gehörig ſeynd. Agendum ergo nobis hic eſt de *Civibus*, quos *Extractus* der Statt Straßburg Burger Ordnung dividit in duas claſſes, quarum primam ii conſtituunt, qui à Parentibus Cives ſunt nati, & hi ſunt Indigenæ, Originales ab Imp. Juſtiniano in *l. 4. C. de incol.* à Dd. communiter Originarii, *Dn. Frantzk. in Comment. ad ff. ſub Tit. de judiciis n. 20. & ſeqq.* dicti, quos Origo ſive jus Nativitatis cives facit: *l. 1. & 6. ff. ad Municip.* Andr. Gail. 2. *Obſerv. 36. n. 1. & ſeq.* Alteram facti & recepti Cives, qui jus civitatis ex allectione & cooptatione acquiſiverunt, *d. l. 6. ff. ad Municip.* ubi ſilentio hoc quoque non eſſe prætereundum arbitror, Civitatem hanc Argentoratenſem ex longiſſima conſuetudine, obſervantia, & tempore immemoriali hoc jure gaudere, ut poſſit Extraneos cujuscunque Status Imperii, ſive ſint homines proprii, ſive liberæ conditionis, ad ſe venientes, in numerum Civium recipere, omnibusque juribus ac privilegiis ſuis participes facere, ita ut illis ultra annum in hac viventibus, niſi revocati fuerint, quæſtio Status amplius moveri nequeat: quod ſingulari & pleniſſimo privilegio roboravit Imp. Maximil. I. derogavitque omnibus tam à ſe quam à Prædeceſſoribus ſuis conceſſis aliis quibuscunque privilegiis, in quantum huic contraria videantur: cujus etiam confirmationes à ſubſequentibus glorioſiſſimis Impp. Maximil. II. Rudolpho II. & Ferdinando II. clementiſſime obtentæ ſunt, hodieque hoc privilegium in praxi obſervatur; uti teſtatur *Extractus* der

IX. Statt Straßburg Burger Ordnung. *pr.* Cæterum de modo cooptandi & aliis ad jus Civitatis acquirendæ requiſitis, hic non eſt agendi locus, cum hæc tractatio à ſcopo noſtro non nihil

remotior

temorior ſit; paucis tamen ex pietate Patriæ debita dico, novos Cives non ante in jus Civitatis aut ad jusjurandum admitti, quam in ampliſſimo Senatu Majore de natalibus, religione, populo, facultatibus, deque omni vita ante acta interrogati, ut leges poſcunt, reſponderint. Sicut autem non tantùm Originarii; ſed etiam allecti ad ſacramentum zu ablegung des Burger-Eyds/ item taxam præſcriptam, zu darlegung der Gebühr und des Burger-Schillings/ item ad præſtanda obſequia & onera, quæ communiter Burgerliche Beſchwärde appellantur, & in muneribus tam perſonalibus quam patrimonialibus & mixtis conſiſtunt, obligantur, ita contra gaudent omnibus honoribus, juribus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, commodis & privilegiis: verum nec tempus nec inſtituti ratio permittit, ut de ſingulis hiſce hic in ſpecie agatur. Exinde tamen haud difficulter apparet, qui nam Cives Argentoratenſes ſint, & nominentur, ii ſcilicet qui præſtitis præſtandis, inprimis homagio atque obſequii jurejurando in numerum Civium recepti ſunt, eaque receptione & inſcriptione in matriculam Civium, participes fiunt jurium, Magiſtratuum, privilegiorum & onerum. Et dividuntur ratione generis in Nobiles Adeliche Geſchlechter / & non Nobiles Burgerliche Geſchlechter ſeu Handwercker; & ratione ordinis in Imperantes & Parentes: illi ad Clavem Reipubl. ſedent, hanc moderantur, & τὸ κύριον exercent: Ex quibus primum honoris & dignitatis locum ſine dubio tenent TREDecimviri, alterum Quindecimviri, tertium Viginti Unumviri; & ſic ulterius Senatores, & tandem inferiores judices juxta Ordinem minorum tribunalium. Hi aliis officiis, aliisque dignitatibus conſpicui ſunt, de quibus in eximio tractatu ulterius ſatis benè, pauciſſimis quæ de hac ipſa Republ. habet, exceptis & magno judicio egit *Dn. Knipſchild. d. tract. de jur. & privileg. Civitat. Imper. lib. 3. cap. 51.* Sed an etiam extra Civitatem in pagis, vicis & Municipiis jurisdictioni ejus ſubjectis nati, Cives appellari poſſint, quæritur? jure Civili ſane ita obtinuit, ut Dd. *ad rubric. ff. ſoluto matrimon.* & Bartol. *in l. 1. ff. ad municip.* docet, ubi dicit, quod ille qui ex pago vel vico eſt, ſortiatur originem ex ipſa Civitate, cui vicus ſubeſt,

X. (margin, beside "Exinde tamen haud difficulter")

XI. (margin, beside "Sed an etiam")

& qui

& qui in vico, pago, & territorio Civitatis alicujus naſcuntur, Cives ejus Civitatis ſunt, & ibidem domicilium habere videntur, qui & iisdem ſtatutis & legibus Civitatis moderantur: *Benedict. Carpzov. pract. forenſ. part. 2. conſtit. 5. defin. 1. n. 7. Gail. de Arreſtis, cap. 8. n. 10.* Sed ſecundum diverſa pagorum jura diverſimode hic quoque reſpondendum eſſe, exiſtimo. Sunt enim qui majorem ſpeciem Libertatis & jus quaſi Civitatis habent vel ex longiſſimo tempore, vel ex conceſſione ipſius Civitatis, qui ſub nomine quoque Civium comprehenduntur: alii meri pagi ſunt, & licet inhabitantes ut Cives conſiderentur, rarò tamen vel nunquam Cives Argentoratenſes, ſed ex agro Argentoratenſi appellantur.

XII. Hi ergo paulo ante dicti, ſunt, qui in privilegio noſtro Cives audiunt. Sed & præter eos ibi quoque nominantur *Incolæ*, qui Civitatem inhabitant, abſque jure Civitatis, multis tamen inhabitantium commodis fruuntur, *l. 27. §. 1. ff. ad Municip. l. 239. ff. de V. Signif. l. 3. C. de Incol.* dicti quaſi valde colentes & honorantes Civitatem: *Weſenbec. in Conſil* 40. *n.* 19. germanice Einwohner / à quibus vel nihil vel parum hodiernis præſertim moribus in inclyta hac Argentoraſium Civitate differunt Clientes, Schutz und Schirmsverwandte / Hinderſaſſen und andere der Statt Straßburg Angehörige: licet enim nonnulli incolatum duplicem faciant, ſimplicem & qualificatum, quem præter domicilium protectionem etiam in ſe continere aſſerunt, mihi tamen tanta differentiæ ratio hic non videtur, ut eos disjungendos eſſe putem. Dicuntur enim Clientes eodem modo quo incolæ, quaſi colentes Dominum, à protectione quidem ſive tutela, quam à Magiſtratu obtinent: in nonnullis vero aliis locis incolæ precarii & pactitii Pachtburger / quod non abſolute ſed cum certo pacto unter einem gewiſſen Pacht und Beding / recipiantur. Hinc ſolam & nudam tuitionem, ſecurè vel in perpetuum, vel quoad certum tempus habitandi in Civitate, à Magiſtratu, non jus Civitatis habent. *Webner. in Obſerv. pract. voce* Pfalburger.

XIII. Acquiritur autem incolatus de jure communi tempore decennii *l. 2. C. de incol.* ex conſuetudine autem vel ſtatuto Civitatum Germaniæ ut plurimum poſt annum, vel etiam in continenti, per contractum ſcilicet in

Civitate

Civitate domicilium, quod cognoſcitur illatione omnium for-
tunarum, vel majoris illarum partis: *l.* 17. §. 13. *l.* 20. *ff. ad Mu-
nicip.* quamvis autem Cives & incolæ regulariter ſibi invicem
opponantur, hi tamen uti omnibus legibus & conſuetudinibus
loci, in quo ſubſiſtunt, obſtringuntur, *l.* 1. *&* 29 *ff. ad Municip.
H. Grot. de J. B. & Pac. lib.* 2. *cap.* 2. *v.* 5. ita revera privilegiis,
niſi aliter ſtatuto receptum ſit, Civitatis cum Civibus gaudent,
l. 5. *l.* 6. *C. de incol.* cum inter Civitatem & incolam hic contra-
ctus ultro citroque intelligatur celebrari. *Gail.* 2. *Obſerv.* 35. *n.* 4.
& 5. Dn. *Carpzov. part.* 3. *conſtit. forenſ cap.* 12. *concl.* 16. & quot-
annis Magiſtratui certam & determinatam penſionem ſive cen-
ſum in recognitionem ſuæ protectionis ſolvunt, ſicut jam olim,
tempore Romanorum Clientes Patronis pecuniam in redho-
ſtimentum protectionis ſolvebant, teſte *Halicarnaſſeo lib.* 2. *Plu-
tarcho in Romulo*, *Arniſæ. de jure Majeſtat. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 2. Non XIV.
enim jus protectionis Patrono ſeu Protectori per ſe ullam in
Clientes tribuit jurisdictionem, ſecundum axioma generale,
Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit: ſicut de jure veriſſima &
communi tàm veterum quam recentiorum JCtorum calculo
approbata & recepta eſt ſententia. *cap.* 8. *Recepimus X. de privi-
leg. & Exceſſ. & cap. ex parte* 18. *eod. tit. Beſold. theſ. pract. ſub voce*
Schutz unnd Schirmverwandte / latè *Dn. Mart. Magerus
à Schönberg*, *Vir magni judicij & magnæ eruditionis*, *uti lau-
datur à Klockio de Contrib. cap.* 14. *n.* 4. *in abſolutiſſimo tract.
de Advocatia armata cap.* 10. *n.* 406. *& ſeqq.* ideo nec pro-
prie loquendo ſubditi ſunt, quia nec homagium præſtant,
quamvis non raro protectionis jus initium jurisdictionis exiſtat:
Frid. Mindan. de proceſſ. lib. 2. *cap.* 14. *n.* 5. interim ubi ſub pecu-
liaribus pactis protectio ſeu Parentela impetranda eſt, ibi pacta
ſervanda ſunt. Illud in illuſtri hac Republ. Argentoratenſi, XV.
Civitate Imperii limitanea, ex Lege Municipali obtinet, ut qui in
incolas recipiendi ſunt, ſub juratoria cautione & promiſſione,
Handtreu an Eydes ſtatt promittant der Statt Straßburg getreu
und hold zu ſeyn/ Ihr Ehr/Nutz/und Frommen zu beförderen/und zu
werben/ Ihr ſchaden zu warnen und zu wenden / allen ihren Ge-
botten und Verbotten gehorſam zu ſeyn/ ſo fern ſie können und mö-
gen/ und ſich gegen der gantzen Statt und Jedermänniglich gebüh-

rend

rend halten und leben/ auch derjenigen ſachen halber/ ſo ſich unter wehrendem ſolchem Schutz begeben/ daſelbſt recht geben/ und recht nehmen: ſed & cæteris paribus ad jura Civium redimenda impelluntur, uti hoc tradit, Erneuerte Burger Ordnung *ſub tit.* 3. & 4. de cętero quamvis non omnibus omnino privilegiis hujus Civitatis gaudeant, hoc tamen expreſſe uti frui poſſunt, ſiquidem in ſpecie ad hos quoque extenſum eſt.

XVI. Pergamus autem ad *Cives Academicos*, qui ſtudiorum cauſa in hac Academia commorantur: de quibus, quin idem ex obſervantia & uſu hujus privilegii pronunciandum ſit, nullatenus dubito: licet enim verum domicilium in Civitate regulariter non conſtituant, ſed ſemper animum revertendi habeant, multis tamen Civitatis privilegiis utuntur: Hoc vero præter alia in inclyta hac Argentoratenſium Republ. ex legibus inclyti Magiſtratus obſervare neceſſe habent, ut poſt in hanc ipſam ingreſſum, quamprimum nomina ſua Matriculæ almæ Univerſitatis inſcribant, Magnifico Dn. Rectori reverentiam & obedientiam jurato promittant, eaque inſcriptione & promiſſione toti Ampliſſimo Collegio Academico, in quo præcipuè eminentiſſimi Dnn. Scholarchæ & Aſſeſſores, ex Prætorio Conſulari, & Senatorio ordine electi, præfulgent, reverenter comiterque ſe ſubjiciant:

XVII. Sanè vix poſſum, ut non hac occaſione, in gratiam almæ hujus Univerſitatis, apponam privilegium pleniſſimum ſacratiſſimorum & invictiſſimorum Impp. Maximiliani II. & Ferdinandi II. confirmationem ejusdem ampliſſimam, quibus clementiſſimis affectibus hanc Academiam ſive Univerſitatem liberaliſſimè donaverunt; ita ut hæc publica Schola, quæ olim Gymnaſium erat, hodie Academia & Studiorum Univerſitas, non tantum in omnibus facultatibus creandi Doctores, Licentiatos, Magiſtros, Poetas Laureatos, & Baccalaureos, poteſtatem habeat; ſed honoribus etiam, privilegiis, gratiis, dignitatibus, præeminentiis, prærogativis, favoribus & indultis ad inſtar omnium in Germania Univerſitatum florentiſſimè gaudeat.

XVIII. Differt autem hoc jus commorandi reſpectu domicilii, à jure altero commorandi reſpectu hoſpitii; illud enim, ut hactenus dictum, incolas vel latè & improprie; vel ſtrictè & propriè ſic nominandos, hoc *Peregrinos*, *Advenas* & *Hoſpites*

Hoſpites facit, qui præter hoſpitandi commoditatem, & liberum tutumque jus commeatus ſeu innoxii tranſitus & bonorum, in Civitate nihil juris habent. *Auth. C. Omnis Peregrini: C. Communia de ſucceſſion.* adeoque nec juribus nec privilegiis Civitatis gaudent, *l. 19. §. 2. ff. de judic. l. 21. ff. de in jus vocando. Jo. Bruning de Homag. concl. 269.* quo pertinent *mercatores* tempore nundinarum, cumpropter harum maximum favorem, nemo debeat intra dies illarum, ſub prætextu civilis vel cujuscunque alibi contracti debiti, non tantùm ab iis, qui privilegium Nundinarum impetrarunt, ſed etiam cæteris mercatoribus, conveniri, moleſtari, detineri, arreſtari, vel incarcerari. *Rutger. Ruland. de Commiſſ. part. 4. lib. 4. cap. 6. n. 21. Berlich. part. 1. concluſ. 77. n. 1. & ſeq.* & ita in Camera judicatum 19 Auguſti anno 1528, daß der von N. unterthanen zur Zeit des Jahrmarcks unbilliger weiß gefangen und verſtrickt/ ſondern der zeit wie andere bey Marckfreyheiten gelaſſen werden ſollen/ refert *Klock. de Contribut. cap. 3. n. 83.* Quæ omnia in inclyta Republ. Argentoratenſi eodem modo ſe habent, cui jus quotannis bis Nundinas ſolennes inſtituendi, & celebrandi, ab Imperatore Sigiſmundo glorioſiſs. mem. ſpeciali privilegio conceſſum eſt: quo mercatoribus & omnibus ad haſce profecturis Imperator ſalvum conductum, & pacem Imperii publicam pollicetur: Aggreſſores vero his ipſis damna inferentes, tamdiu jubet in urbe detinere, donec ablata reſtituant, vel ſufficienter ſatisdent. Hi ergo peregrinorum loco habentur, jus quidem hoſpitii pro certa mercede in Civitate conſtituunt; ſtatutis vero & privilegiis ejus, niſi ex contractu vel delicto non obſtringuntur. XIX.

Contra de *ſubditis*, quod non evocentur, eo minor eſt dubitatio, cum hi ſub expreſſis verbis privilegii & primario contineantur; ideoque id tantum hic exponendum erit, qui nam ſubditi ſint & ſub hoc nomine intelligantur: nimirum, omnes illi, qui vel jure contractus, ſucceſſionis, conſuetudinis, aut ſtatuti in juriſdictionem territorii conſentiunt, eique ſubjectionem, homagium & reliqua à ſubjectione dependentia præſtant, utpote tributum & collectam ſolvant. *Abasv. Fritſchius jur. publ. part. 2. exercit. 4. n. 14.* non enim ho- XX.

diernis moribus ſubditos facit, vel ſola origo, gleba, contractus, delictum, domicilium, operæ ſerviles, Frondienſte/ jusque proprietatis, prout rectè contra *Gailium de Pignoration. obſerv.* 15. *n.*2. & 5. *cum ſeqq.* aliosque Dd. docet *Friderus Mindanus de mandat. cap.* 46 *n.* 5. & 6. quem ſequitur *magni nominis JCtus. Frid. Pruckman. Tom.*1. *conſ.*27. *n.*56. & 64. Præterea & hoc certum eſt, ſubditi appellationem latius patere quam Civis, & hunc jure dignitateque illo potiorem eſſe: multi enim ſunt, vel facile fiunt ſubditi in Republica, qui tamen Cives non ſunt, ut ſervi, ruſtici, & alii, qui bona ibi poſſident, & quorum reſpectu Reipubl. ſubjciuntur, at non protinus Cives efficiuntur: quamvis aliquis diverſimode Civis & ſubditus eſſe poſſit; Civis, ratione juris Civitatis, ſubditus, ratione Reipublicæ: verum hi duo ſæpius confunduntur, ſicut & Civitas & Reſpubl., quæ ta-
XXI. men inter ſe differunt: vide *Dn. Bœcler. b.m. in Inſtit. polit. lib.*1. *cap.* 6. *pag. m.* 80. Verum hic quæri poteſt de *Principibus, Comitibus, Baronibus* & *Nobilibus, Sacræ MajeſtatiCæſareæ, & Imperio immediatè ſubjectis*, vulgo Reichs-Ritterſchafft/ welche ohne mittel der Kayſerl. Mayſt. und dem Heil. Reich unterworffen: *Receſſus Imperij* zu Augſpurg *de anno* 1555. §. und in ſolchem Friden. *Ordinat. Camer. part.* 2. *tit.* 5. *Cluten. in ſylloge rer. quotid. th.* 26. *Beſold. in diſcurſ. de ordine Equeſtri. n.* 5. an etiam hi, proptcrea quod in protectionem hujus Civitatis ſeſe dederint, in eaque bona, rerumque ſummam, ac domicilium habeant, extra Civitatem evocari non poſſint: quod valida ratione ex diſpoſitione & verbis privilegii aſſeritur: ſiquidem ſi par vel ſuperior paris vel inferioris juriſdictionem implorat, quin hic ad utilitatem ejus & adverſus eum jus dicere queat, minimè ambigitur. *Schrader. in tract. de feud. part.* 10. *ſect.* 1. *n.* 42. & quicunque per contractum in hac Civitate domicilium, in ejusdem juriſdictionem conſentit, privilegiis huic conceſſis in hoc caſu uti
XXII. poteſt. Tandem etiam quid de *Bannitis* ſentiendum ſit, paucis quoque hic annectam. Licet enim hi ab Imperio proſcripti pœnis magis quàm beneficiis ſint afficiendi, *Gail. lib.* 2. *de P. Publ. cap.* 10. *n.* 4. ex ſingulari tamen à glorioſis Imp. Sigismundo inclytæ Reipubl. Argentorat. conceſſo privilegio, ab

actoribus in hac conveniri, nec inviti evocari poſſunt : debet enim actoribus jus & juſtitia hic adminiſtrari, ut verba privilegii ſonant: ibi. Ob jemand käme/der ſolche Aechter und Aberächter anfiele/ und rechtens zu Ihnen begehren/oder erfodern würde/ daß Sie dann denſelben Klägern gegen ſolchen Aechtern und Aberächtern/ an den Enden und Ihren gerichten/ da ſie angefallen werden/ rechtens verhelffen und recht thun wollen und ſollen / als es nach inhalt Ihrer Freyheit gebühret / und ſollen dardurch gegen Ihrer Kayſ. Mayſt. und dem Heyl. Reich / noch Jemands anders/ gar nicht gefrefelt/ mißhandelt noch verwirckt haben: noch dißhalben an Gericht hernach angelangt / erſucht noch gerechtfertiget werden.

Poſſem quidem, propter materiam & ſcopum hujus diſſertationis, *Judæorum* quoque hic mentionem facere ; ſed poſtquam Auguſta hæc Respubl. Argentoratenſis, quam ideo felicem, certe feliciſſimam prædico, homines hoſce tàm in Chriſtum, quàm in Chriſtianum nomen & religionem perfidiſſimos, non tantùm immemoriali tempore ſuo territorio excluſit, ſed hodie etiam excludere pergit, Civibusque ſuis & omnibus qui ſub ſua tutela & imperio ſunt, omne fere commercium cum iis denegat, tanto ſtudio ut non tantùm expreſſo ſtatuto, der Statt Straßburg Policey-Ordnung *Tit.* 10. von Juden/ verum etiam privilegio Cæſareo à Maximil. II. Imp. glorioſiſs. mem. conceſſo, ſibi proſpicere voluerit: nimirum ne Judæi abſque conſenſu & permiſſu inclyti Magiſtratus qualemcunque obligationem conſtituant, ſive in rebus mobilibus, immobilibus, vel ſeſe moventibus, hypothecæ pignorive dandis, pecunia mutuò credenda, debitores nudæ promiſſioni relinquendo, uſuras vel nullas petendo: judæi enim ita contrahentes, ſuo cadant debito, & fiſco pœnam quadraginta marcarum auri puri ſolvant : hinc cuilibet manifeſtò conſtabit, judæos à ſubjecto noſtri privilegii de non evocando, ultra hominum memoriam, ſi non ſemper, excluſos fuiſſe. XXIII.

Cognitis itaque iis, quibus hoc privilegium competit, ulterius inveſtigemus *ſubjectum paſſivum*, & Eos adverſus quos conceſſum eſt : Nimirum vigorem ſuum extendit contra quoscunque alios in Imperio Romano Germanico judices, ſeu quævis extranea, placita olim, ſive Thinch dicta, Rotvvilenſe, ſecre- XXIV.

 tum

tum Weſtphalicum, Cameram Spirenſem, & Judicium Aulicum, atque ita adverſus omnia extra Civitatem conſtituta judicia. De *Placitis* quidem, vulgo Thinch dictis, expreſſe hoc habetur in privilegio Lotharii Rom. Regis invictiſſimi, de anno 1129. hiſce verbis: *Nemo Civium Argentoratenſium, cujuscunque conditionis ſit, placitum aliquod, quod vulgo Thinch vocatur, extra Civitatem ſuam conſtitutum adeat, vel prorſus ab aliquo coga-*
XXV. *tur adire, vel de aliquo ſibi impoſito, ibi reſpondere.* Placitum autem, Mallus ſeu Mallum, indifferenter denotabant tribunal, ubi judicium habebatur, uti etiam apparet tam ex Jure Canonico, *in cap. 33. diſt. 63. cap. 1. X: de immunit. Eccleſ.* quam ex jure feudali, *in §. ſi quis ruſticus, 2. Feud. 27.* ubi rectè pro palatio, placito legit *Hottomannus*, & noviſſimè *Stephanus Baluzius in not. ad Capitul. pag. 1077. & ſeq.* ubi notat, nihil ferè vulgatius in libris veterum eſſe, quam ut pro placito legatur palatium, & viciſſim pro palatio placitum. In antiquis vulgaribus, uti & in noſtro privilegio, hujusmodi placita *Thinch velding* nominabantur, quod idem hic ſignificat ac conventum, judicium, ſeu forum: vide plura apud *Dn. Juſt. Georg. Schottelium in libr. de ſingular. & antiq. in Germania juribus & obſervat. cap. 28. n. 15. Dn. Mart. Mag. de advocat. arm. cap. 3. n. 392. Beſold. in Diſſert. de Comi-*
XXVI. *tib. & Baronibus Imp. Rom. German. th. 4.* Præfuerunt his poſt tempora Caroli M. Comites & Miſſi Regii, illi tamen his remotis, poſtea ſoli. Landr. *art. 64. lib. 3. Freher. lib. 1. de Orig. Palat.* Primo autem in villis ac Curiis im Hoff / deinde in Urbibus, ibique per pagos, jurisdictionis ſuæ ſubjectos, jus dixerunt. vid. *B. Rhenanum lib. 2. Rer. German.* quem *Kyriander* ſequitur in *Annal. Trevirenſ. part. 7. & 13.* ubi non ſolum Epiſcopales, ſed etiam liberas Imperii Civitates, ſuos Comites habuiſſe demonſtrat. Conſentit *Lehmannus*, *Vir rerum German. peritiſſimus, in Chron. Spir. lib. 2. pag. 18. ibi*: Statt hat man geheiſſen eine groſſe Gemein / in welcher ſampt dem gantzen Gau ein Biſchoff / und ein Graff im Nahmen Eines teutſchen Königs geiſt- und welt-
XXVII. liche Obrigkeit verwaltet: judicabant autem ſub banno Regio, id eſt, competebat illis jus gladii, ſeu merum imperium, quod hodie communiter jurisdictio criminalis appellatur. Landr. *art. 64. lib. 3.*

lib. 5. Coler. de proceſ. execut. part. 2. cap. 1. n. 125. Hinc bey Königs Bann dingen / ſignificat merum Imperium exercere, vid. *Joh. Dauth. in hypotypos. ſect. 9. cap. 4. n. 41.* Præterea his Comitibus ſuberat Vicarius, qui in jure Saxonico Scultetus, alibi Ammannus appellatur, primus ex Scabinis, & ſine quo judicium haberi non poterat. Landr. *lib. 1. art. 59. & lib. 3. art. 52.* Cæteri Scabini, quaſi Aſſeſſores judicii erant, Rathburger/ hodie Rathsherren/ Rathsverwandte/ quod ſcilicet in conſilium vocabantur, ſic dicti, *Gryphiander de Weichbild. Saxon. cap. 64. n. 8. & ſeqq.* Hi prædicti Comites in Alſatia noſtra Comites provinciales ſeu Landgravii, (Comes enim & Gravio ejuſdem dignitatis & muneris nomen fuit, vid. *Dn. Baluz. in d. lib. in Not. ad Capitul. fol.* 994. circa fin) id eſt, Gubernatores, Adminiſtratores & Rectores nominati ſunt. Poſtquam vero inclyta hæc Civitas à ju- XXIIX.
riſdictione horum, tempore jam Henrici IV. Imp. wegen ihrer auffrecht unterthänigſten Hülff/ Huld/ Treu und Beyſtand/ ſemel liberata & exempta fuit, ne impoſterum facile in priſtinum ſtatum reduceretur, ſpeciali aliquo privilegio opus eſſe exiſtimavit: quod à clementiſſimo Imp. Lothario obtinuit. Quamvis & poſtea Landgravii aliquoties huic privilegio non tantùm contravenire, ſed vel totum pervertere annisi ſint, Imperatores tamen Romano Germanici ſemper glorioſiſſimi, nunquam illis conſenſerunt, ut potius ſeveris Edictis eosdem coercuerint; uti ex his duobus ſaltem, propter ipſius rei majorem certitudinem, & ſingularem ſtyli ejus ruditatem, hic appoſitis, perſpicuè admodum videre licet.

Rudolphus DEI Gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus: dilectis fidelibus ſuis Conrado, Wernero, Cunoni de Bergheim, cæterisq; Officiatis ſuis per Alſatiam, Gratiam ſuam & omne bonum. XXIX.

Cum Nos, dilectos, fideles noſtros Cives Argentinenſes, qui erga nos fidei lumine rutilant clarioris, ſicut experti cognoſcimus, tam placidis adſtringimus affectibus, ita quod pro ipſorum commodis, amplitudini, & indemnitatibus præcavendis aſſurgere nos delectet, Fidelitati veſtræ hoc Regali Edicto damus firmiter in mandatis, præciſe volentes, protinus nullas precarias omnimodo de bonis ipſorum Civium, per Alſatiam

contra

privilegiorum ſuorum tenorem exigere aliqualiter præſumatis : Precarias etiam, quas hactenus de bonis extorſiſtis, eisdem Civibus plenarie refundendo. Dat. Viennæ 4. Calend. Martij, Regni noſtri anno primo. Locus Sigilli Regij.

2.

XXX. *Rudolphus Romanorum Rex ſemper Auguſtus.*

Nobili Viro, Landgravio Alſatiæ inferioris, fideli ſuo dilecto gratiam & omne bonum.

Strenui & prudentes Viri, Cives Argentinenſes, fideles noſtri dilecti, quereloſe nobis ſuis literis intimarunt, quod Tu tua volens uti juriſdictione, ipſos Cives Argentinenſes in cauſis & quæſtionibus ſibi motu, coram Te proſcribis, & proſcriptionis ſententiis implicas & involuis. In quo ſcias Te injuriari eisdem, cum ſic & in tantum liberati ſint Cives Argentinenſes, quod nullius Landgravij proſcriptionis ſententiæ debeant ſubjacere. Dat. ante Waldeke iiij Non Novembr. Regni noſtri anno XII. Locus Sigilli Regij.

XXXI. Verum, ut ut utiliſſimũ inclytæ noſtræ Reipubl. Argentoratenſi tùm temporis hoc privilegium fuerit, quo ab omnibus extraneis judiciis eximebatur, nihilominus tamen ſubſecutis temporibus *à judicio Rotwilenſi*, contra tenorem ſui privilegii, Cives extra Civitatem citati, atque evocati ſunt. ob quam cauſam Wenceſlaus DEI Gr. Romanor. Rex & ſemper Auguſtus, anno 1381. confirmationi prioris privilegii, contra judicium hoc Rotwilenſe, hæc verba adjecit, ibi : gebieten darum den obgenandten Landrichter/und den Schöpffen deſſelben Landgerichts zu Rottweil/ bey Ihren Treuen / ernſtlich und feſtiglich / bey Unſeren und des Richs Hulden / daß Sie die vorgenandten von Straßburg fürbaß in Ihre Landgericht nit laden oder heiſchen ſollen : De toto hoc argumento egregiê nonnulla ſcripſit *Tob. Paurmeiſterus de jurisdict. lib. 2. cap. 3. plura Knipſchild. in lib. de jur. & privileg. Civit. Imper. lib. 2. cap. 33. n. 224.* & prolixè *Dn. Ahasv. Fritſch. in jur. publ. Exercit. tota 6. cap. 6.* quibus addi poſſunt. *Limnæ jur. publ. Tom. 9. cap. 7. Speidel.* voc. Rottweil. Hoffgericht. Nunc ea tantum, quæ ad hujus privilegii declarationem proxime faciunt, proponam.

XXXII. De nominis Origine omnes conſentiunt Scriptores

ptores, judicium hoc ab urbe Rotvvila appellari, loco ubi ex ſingulari Conradi III. Imperatoris, ac Sueviæ Ducis, Authoris ejus, privilegio, ab anno 1146. uſque in hodiernum diem haberi conſuevit, & ubi ſedes ejus perpetua eſſe debet, juxta verba privilegii à Maximiliano I. Imp. glorioſs. Rotvvilenſibus conceſſi, ibi: daß Unſer und des Reichs Hoffgericht ewiglich bey Ihnen zu Rotweil bleiben ſoll. germanice plerumque das Kayſerl. Hoffgericht zu Rotweil vocatur. *Speidel. in Obſervat. ſub hac voce*: & deſcribitur *ab Ahasv. Fritſch. d. l.* quod ſit Collegium judicis & Aſſeſſorum, qui Rotvvilæ loco Cæſaris per certas Germaniæ provincias jurisdictionem exercent. Dicaſterium autem hoc ſolius Cæſaris, & non etiam totius Imperii eſſe, plerique, an probatiores etiam? nunc non diſputo, fatentur. Unde in *Inſtr. Pac. Caſ. Suec. art.* 5. §. 20. Curia Imperialis Rotvvilæ vocatur: Hæc quouſque jurisdictionem ſuam extendat, ex *Reformat. ejus Ordinat. part.* 2. *tit.* 1. colligi poteſt, nimirum, per circulum Franconicum, Auſtriacum, Suevicum & Rhenanum, non quidem in totum, ſed quoad certas partes ibidem deſcriptas: Interim hæc jurisdictio in hoc diſtrictu ordinaria eſt; concurrit enim cum quibusvis aliis Magiſtratibus, ita, ut ſi hi ceſſant, vel ſpecialiter privilegiari non ſunt, vel juſto tempore ad jus adminiſtrandum ſe non offerunt, judicium hoc per præventionem, vel in ſubſidium cumulative jurisdictionem exercere poſſit, ut ex *Wehnero d. l. Knipſchild.* docet *d. cap. n.* 230. & hæc univerſalis quoque eſt, tam quoad cauſas civiles & criminales, omnesque, quæ non in ſpecie eximuntur, quàm quoad Perſonas: Cujuscunque enim Status vel ordinis Principes, Comites, Barones & Civitates ſunt, ibi conveniri poſſunt, niſi vel ſpeciali privilegio, vel conſuetudine, præſcriptione, pacto aut tranſactione exempti ſint. *Wehner. in not. ad d. Reform. tit.* 5. §. 17. XXXIII.

Atque ita ſpeciali privilegio Wenceſlai, Rom. Regis, Argentoratenſis Reſpubl. pro ſe, Civibus & ſubditis ſuis ab hoc judicio eximitur; quam exemptionem etiam agnoſcunt *Knipſchild. d. cap.* 33 *n.* 250. *Wehner. apud Gylman. Symphor. Tom.* 6. *fol.* 110. *& ſeqq. Dn. Abaſv. Fritſch. jur. publ. d. exercit. cap.* 2. *n.* 10. *Dn. Rumelin ad Aur. Bul. part.* 2. *diſſert.* 1. *th.* 8. Quod ſi ergo hodie, ubi ex inſinuatione, de qua XXXIV.

in

in fine hujus diſſertationis agetur, privilegium hoc notorium factum eſt, Cives Argentoratenſes, incolæ, & ſubditi Rotvvilam citarentur, exiſtimo, ab inclyto Magiſtratu privilegium ſimpliciter opponendum, avocationem & remiſſionem petendam eſſe, nec citatos comparere quidem debere. *Receſſ. Imp. de anno* 1570. §. und nach dem Uns fürkommen. 71. In notorio enim comparitione citati opus non eſt. *Gail. lib.* 1. *Obſerv.* 48. *n.* 9. ſed ſufficit tenorem privilegii in ſcriptis allegaſſe. *Mynſing. Cent.* 6. *obſerv.* 3. confer *Hartman. Hart. lib.* 1. *tit.* 6. *obſerv.* 3. *n.* 2. imo expreſſe judici & Aſſeſſoribus hujus judicii ex privilegio noſtro injungitur, ne proceſſus decernant, ſed ut in limine judicii actiones denegent, atque ad Civitatem remittant. verba iſta hunc in modum ſe habent: ibi: daß auch die Hoffrichter und Urtheilſprecher zu Rotweil / und anderswo / kein Ladung / Verkündigung / oder Fürheiſchung über die vorgenandte Statt Straßburg nit geben / noch über Sie nicht richten / ſondern die Kläger ſo offt es zu ſchulden kompt / gen Straßburg zu rechtweiſen.

XXXV. Sæpius quidem Ordines Imperii contra hoc tribunal querelas emiſerunt, & *Pace Oſnabrug. art.* 5. § 20. *circà fin.* deliberatio de abolendo hoc judicio repetita, ſed cauſa hæc ad proxima Comitia fuit remiſſa: ubi tamen de re tota facta informatione, nihil mutatum fuit, & durabit fortaſſe hoc judicium ex ſingulari cauſa etiam deinceps. Acta hujus rei exhibet *Limnæ. Tom.* 5. *Addit. lib.* 9. *cap.* 3. *Frieſch. j. p. part.* 2. *exercit.* 6. *cap. ult.* partem ejus *Speidelius in Obſerv. ſub hac voce. ad. Capitulation. Ferdinandi IV. art.* 4. & *Leopoldin. art.* 18.

XXXVI. Pariter *judicia Weſtphalica* mirum in modum in Germania quoque creverunt, & cum judicio Rotvvilenſi pari jure habita, eique ferè æquiparata ſunt: Cumque hæc ipſa, Civitati Argentoratenſi, evocando illius Cives & ſubditos, contra privilegiorum ſuorum tenorem, aliquoties præjudicare vellent, maturo & ſaluberrimo conſilio, ſpeciali aliquo privilegio, pro exemptione expreſſa ab horum judiciorum prætenſionibus, ſibi prævidere voluit: quod perinde factum, & ſub his verbis à Friſico III.

ſico III.

derico III. Reg. Roman. glorioſiſs. anno 1451, & anno ſubſe-
quente in Imperatorem electo, clementiſſimè conceſſum eſt: ibi:
Es ſoll Niemand die obbenandte von Straßburg fürbaß mehr/ für
ein heimlich oder Weſtphäliſch Gericht/ Stullherren/ Frey-Groven/
noch Freyſtuhl in Weſtphalen/noch andern Landen/ Stätten/Dörf-
feren/noch Gebiethen/in keiner Sach nit laden/noch mit Klag fürhei-
ſchen: noch ſollen die Frey-Graven Ladungen wieder die Burger ge-
ben/ſie nicht richten noch urtheilen/ſondern die Kläger nach Straß-
burg weißen. Hoc judicium Weſtphalicum antiquis tem XXXVII.
poribus valde famoſum erat, ab aliis Liberum Frey-Gericht/
Vehme Gericht / ſecretum heimlich Gericht / occultum verborgen
Gericht/ & ab *Ænea Sylvio in lib. de Statu Europæ cap. 29.* veti-
tum dictum eſt. quamvis quoad vocis hujus criticam impoſitio-
nem & nominis ſignificationem, Hiſtorici non omnino conve-
niant. *Gryphiand. de Weichbild. Saxon. cap. 59. Dn. Schottel. d. lib.
de ſingul. & antiquis. in Germ. jur. & obſervat. cap. ult.* §. 4.
Ipſa vero Tribunalia, ſedes liberæ Freyſtuhl / Principes Stuhlher-
ren / judices Frey-Graven & Aſſeſſores Frey-Schöffen appella-
bantur. Plerique ſcriptorum originem ad Carolum M. refe-
runt, quos recenſet *Ahasv. Fritſch. jur publ. part. 2. exercit. 6. th. 4.*
& poteſtatem ejus magnam fuiſſe, exinde concludit Beſold. *in
theſauro pract. voc.* Weſtphaliſch Gericht/ quod in multis Statuum
privilegiis exemptiones ab eo repetiantur. *ad. Speidel in Obſerv.
ſub ead. voce. Münſter. in Coſmograph. lib. 3. cap. 461. Æn. Sylv.
de Statu Eur. d. cap. 29. Jo. Naucler. Chron. vol. 2. general. 26. fol.*
114. præcipue tamen ejus jurisdictionem ſenſit territorium,
quod ſub Viſurgi & Rheno includitur: ita enim *Webner. in ob-
ſerv. voc.* Weſtphal. Gericht; es iſt ſonderlich gehalten worden zwi-
ſchen der Weeſer und dem Rhein. Licet autem fateamur, ab XXXVIII.
initio benè conſtitutum hoc fuiſſe judicium, poſtea tamen cru-
dele magis id ipſum apparuit, ut nota ipſi inuſta fuerit, quaſi
ſupplicio ſumpto demum cognoſceret de patrato crimine: *Chy-
træus in Chron Saxon. lib. 3. fol. 86. in pr. Knichen. de jure Territor.
cap. 4. n. 131. Dn. Reichlinger. in Monarchia th. 221. Speidel. d. l.*
Etenim abſentes non citatos, non auditos, ad mortē condemna-
re, cum ſanâ ratione & melioribus legibus pugnat. *l. 11. ff. de pœ-*

nis.l. 8. *ff. de quæſtion. l. ult. C. de probation.* hinc factum ſine dubio, ut tot exemptiones ab eo concederentur, de quibus *Gryphiandr. in d. lib. cap.* 60. *& Wehner. Tom.* 6. *Symphor.* regulariter ergo omnes Imperii ſubditos huic judicio ſubfuiſſe, vel ſaltem in ſua quemque provincia, aſſerit *Speidelius d. l. ibidem.* quamdiu autem in uſu permanſerit, non omnino conſtat: ſi *Engelb. Werlichio in Chron. Auguſt. part.* 2. *cap.* 1. *fol.* 16. fides adhibenda, uſque ad tempora Maximiliani I. duravit: tùm vero, ut plurima alia, ob varios rerum tranſitus & temporum fata ſublatum eſt, aliaque juris dicendi forma in Weſtphalia obtinuit.

XXXIX. Supereſt, ut *de judicio Aulico Cæſareo, Camera Spirenſi, & ſi quæ his ſimilia, judiciis*, hic quoque agamus: majoris enim momenti hæc ſunt, & non vulgarem hodienum utilitatem præſtare poſſunt: Hic autem Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi denique II. Imperatt. Auguſtiſſimar. recordation. verba excluſiva, atque adeo fortiſſima, in ſuis privilegiis obvia, & notatu digniſſima, obſervanda & conſideranda ſunt: ibi. weder für unſerem Hoffgericht zu Rothweil/ noch ſonſt allen andern unſern und des Reichs-Hoff-oder Landrichtern / wo die gelegen oder was Nahmen haben möchten: alibi, ſo ſoll Er ſie anſprechen inwendig der vorgenandten Statt Straßburg vor derſelben Stattrichtern; item: dieweil Sie auß Käyſerl. und Königlichen rechten und Freyheiten/auch altem gebrauch und herkommen/ nirgend anderſt/ dann vor Maiſter und Rath der Statt Straßburg/und Ihrer weltlichen Gerichten fürgenommen werden ſollen. & tanto minus quidem aſſerere dubito, privilegium hoc de non evocando inclytæ Reipubl. Argentoratenſi conceſſum, Aulicum judicium excludere, ideò, quod glorioſiſſimi Imperatores, tanquam ipſi Actores, per ſe & ubi ipſorum intereſt, nolint hanc Civitatem, ejusque Cives coram judicio Aulico convenire, ſed prius de iſta re clementiſſimè cognoſcere. Princeps ergo privilegium concedendo, juri ſuo renuntiare cenſetur, ac ſe ipſum privilegio adſtringit, ſaltem ex propria conventione. *l.* 5. *C. de O. & A.* Carpzov. *ad L. Reg. cap.* 9. *ſect.* 4. *n.* 9. *& ſeq.*

XL. Et hoc de Camera etiam Imperiali, ſupremo illo & ultimo Imperii noſtri juſtitiæ Dicaſterio, *per Receſſ. de anno* 1530. §. dieweil nun Unſer. 26. tùm propter eadem ſuperius

perius

perius relata privilegiorum verba, tum propter concurrentiam
jurisdictionis, tùm etiam quod inclyta Reſpubl. nō aliter in juris-
dictionem ejus, niſi ſalvis ſuis privilegiis, conſenſit, pronuntian-
dum eſt: maximè vero, quia in Conſtitutionibus Imperii ſæpius
cavetur, ſubditos ſtatuum in ordinariis judiciis relinquendos
eſſe & non evocandos: *fac. huc Ordinat. Camer. de anno 1495. ſub
Rubr.* die Unterthanen in ihren ordentlichen Gerichten bleiben zu
laſſen. *& de anno 1521. rubr.* Einen jeden bey ordentlichen Gerich-
ten: *in Receß. Imperij promulgato Coloniæ anno 1512. rubr.* von den
Gottes-Läſteren. §. Item/ Es ſollen auch alle / quo ſe etiam Im-
perator Carolus V. per Capitulat. adſtrinxit *art. 15.* ibi, auch der
Stände Unterthanen mit rechtlichen oder gütlichen Tagleiſtungen/
von Ihren ordentlichen Richtern nicht dringen / erforderen noch
fürheiſchen: quæ in omnibus Capitulationibus ſubſeqq. Im-
peratt. repetita leguntur, *maximè Ferdinandi III. art. 17. Ferdi-
nandi IV. art. 15. & noviſſimè in moderni Imperatoris* LEO-
POLDI AUGUSTI, *invictiſſimi, potentiſſimi,
ac glorioſiſſimi, cui ſit vita, Salus, & Victoria!
art. 18. & Inſtrum. Pac. §. 8. ut autem proviſum ſit.* Imo, quod
noſtrum privilegium locum habear in quibuscunque aliis judi- XLI.
ciis Provincialibus, aliorumque Statuum tam Eccleſiaſticorum,
quam Sæcularium, eo tutius ex ipſa verborum privilegii noſtri
evidentia & univerſalitate aſſeritur: ubicuncque enim majora,
ibi multo magis minora judicia excluduntur. *ca. ſi ergo: ibiq;
Gl. 8. qu. 1. Panormitan. & Dd. in cap. cum in cunctis 7. X. de Elect.
& elect. pot. l. 4. qui indignus.* ibique Dd. *comm. ff. de Senator.*
Quod n. Eccleſiaſticos attinet, id jam expediti juris eſt, cum
Status Proteſtantes, uti vocantur, vigore Pacificationis Religio-
ſæ, jura Epiſcopalia atque hinc duplicem poteſtatem exerceant.
Dn. Myler. ab Ehrenbach. de Princip. & Statib. Imp. part. 2. tit. 82.
§. 5. quoniam jurisdictio Eccleſiaſtica, quam quilibet Epiſco-
pus Pontificius in Statuum Imperii territorio habebat, in Prin-
cipum & Statuum Imperii Auguſtanæ confeſſioni addictorum
territoriis, penitus ſuſpenſa eſt & requieſcit, eaque ſuſpenſio re-
petitur & confirmatur in *Inſtrum. Pac. art 5. §. 16.* Atque vi-

gore hujus ſuſpenſionis, uti reliqui Status Imperii, ita Civitates quoque Conſiſtoria ſua & judicia Eccleſiaſtica conſtituta habent, jurisdictionem in Eccleſiaſticos exercent, eos judicant, & pœnis condignis coercent. *vid. Reinking. de Reg. ſec. & Eccleſ. lib. 3. cl. 1. cap. 10. Knipſchild. de jur. ac privileg. Civ. Imp. lib. 2. cap. 3. n.* 188.

XLII. quamvis olim quidem Epiſcopus Albrechtus Argentinenſis cum Decano & capitulo exiſtimaverint, ſibi licere, propter vocabulum Statrichter/ quod in privilegio Imp. Caroli IV. *de anno* 1347. uſurpatur, in eccleſiaſticis cauſis civibus jus dicere; illud tamen vocabulum longe aliam declarationem, & quidem contra illorum opinionem, & interpretationem accepit ab Imp. Friderico III. anno 1490. in hunc modum: *ibi*: So haben wir/ Kayſer Friderich/ zu Aufhebung ſolches Mißverſtands/ die gemelten Wort/ der Statrichter/ auff folgende weiß erkläret: wann in ſolcher Freyheit/ die durch Uns confirmirt/ und beſtätet wird/ Unſer Sinn und Meynung nie geweſen/ und noch nicht iſt / auch die Vernunfft nicht erleiden mag/ daß ſolch Wort/ der Statrichter/ auff die geiſtliche Gericht zu Straßburg verſtanden / und damit Uns und dem Heil. Reich/ Unſer Obrigkeit und der weltliche Gerichtszwang geſchmählert / und die löbliche Regierung daſelbſt zerrüttet werden ſoll; darumb haben Wir mit wohlbedachtem Muth/ gutem zeitigen Rath/ und guten Wiſſen geſetzt/ das daſſelbig Wort/ der Statrichter/ nicht anders verſtanden/ außgelegt/ noch gebraucht werden ſoll/ dann auff Unſere und des Heyl. Reichs weltliche Statrichter zu Straßburg/ und kein geiſtlich Gericht daſelbſt. confirmationes hujus declarationis vide ap. *Limna. Tom. 4. lib. 7. cap. 3. n. 22.* Denique in ſæcularibus, fortiſſimum quoque fundamentum, & argumentum præbet locutio univerſalis, quæ nullam hic admittit exceptionem.

XLIII. Excluſis itaque omnibus, quocunque tandem nomine veniant, extraneis judiciis, dixi, vigore hujus privilegii de non evocando, Cives, incolas, & ſubditos Argentinenſes coram ſuæ tantùm Civitatis judiciis conveniendos nec evocandos eſſe; jamque ad ***materiam objectivam***, ſive cauſas in iisdem agitandas & ventilandas, progredior: quæ licet non iisdem ubique verbis, ſed variantibus ſæpe verborum figuris exprimantur & conne-

nectantur, ad unū tamen tendunt ſcopum, finem, & ſententiam: Ideoque ex omnium hujus privilegii confirmationum poſtremâ & magnifica confirmatione Imp. Ferdinandi II. glorioſiſſ. ſemper mem. cui priores omnes omnium invictiſſimorum Prædeceſſorum, de verbo ad verbum inſertæ ſunt, ubi hæ cauſæ ita deſcribuntur, nunc producendæ ſunt: ibi: umb kein Sach/ ſie berühren Eherſchuldigungen/ oder ſonſt die Perſohnen/ Leib oder Güter/ von was Sachen daß ſeye/ nichts außgenommen. Exinde XLIV. jam apparet, generale, latiſſimum & ampliſſimum eſſe hujus privilegii objectum, ita ut prædicti Cives, & reliqui, evocari non poſſint, neque in cauſa reali, rei mobilis vel immobilis, univerſalis, generalis vel ſpecialis, corporalis vel incorporalis, neque perſonali, item nec civili vel criminali, nec intereſt, in petitorio vel poſſeſſorio agatur. Cæterum quamvis hæ cauſæ in infinitum fere ſeſe exerant, in ipſo tamen privilegio non tantùm dantur caſus excepti, ſed etiam per jus noviſſimum, partim etiam univerſalem Germaniæ praxin id ipſum aliquando limitatur & reſtringitur. Hinc primo in caſu *apertè denegatæ, vel temerè protractæ juſtitiæ* vires ſuas & vigorem perdit. propter XLV. expreſſa eidem inſerta verba: *ibi:* Es wäre dann daß dem Kläger daſelbſt das Recht geverlich verzogen / oder ſonſt verſagt und abgeſchlagen wurde / und daß kundlich wäre / alsdann mag derſelbe Cläger ſein Recht ferner und an den Enden/ da es ſich gebühret/ſuchen. & rectè quidem, cum enim Reges & Principes conſtituti ſint, ut faciant juſtitiam, ſicuti Regina Saba Regi Salomoni dicebat. *1. Reg. cap.* 10. *Sapient. cap.* 6. *Pſalm.* 82. *Reinking. de Regim. ſec. & eccleſ. lib.* 2. *cl.* 1. *cap.* 1. & cum nihil magis Imperialem deceat ſolertiam, quam ſubditorum inveſtigare commoda, *lib.* 2. *Feud. tit.* 55. *in pr.* & nemine flagitante, Cæſareæ Majeſtati conveniat ulciſci improbos, tueri probos, juvare oppreſſos, omnique providere cura, ne cui jus & juſtitia denegetur. *Receſſ. Imp. de anno* 1530. §. weiter nach dem. 6. *& de anno* 1564. §. dieweil dann ſolche. Evocatio autem ut locum habeat, apertè negatam & temere XLVI. protractam juſtitiam eſſe oportet, quam evocans non ſuo, quod inſufficiens eſt, juxta *Gail.* 1. *obſerv.* 28. *n.* 3. *Rumelin. ad Aur. Bul.* 2. *Differt.* 2. *concl.* 13. *Arnma. ad Aur. Bul. diſcur.* 5. *concl.* 18. ſed

vel

vel inſtrumento publico. *Mynſing. 2. obſ. 74. Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. n. 319 & 320.* quod continere debet, & factam eſſe debitam requiſitionem, & ſubſecutam manifeſtam juſtitię denegationem, vel protractionem. *Zinzerling. in diſſert. inaug. de Appellat. concl. 73* vel notorietate docere debet, *Mynſing. cent. 3. obſerv. 57.* differunt tamen hæc duo, denegare & protrahere; in caſu enim protractæ promotoriales; negatæ v. citationem emanare volunt *Gail. d. l. n. 7. Petr. Gregor. de appellat. 2. 28. n. 4.* Poſitis his requiſitis, evocans ex Republ. Argentoratenſi, Cameram Imperialem, vel Imperatoris judicium Aulicum, ob concurrentem ejus jurisdictionem, vel per viam ſimplicis querelæ, nondum cœpto iudicio, vel per modum appellationis, ob negligentiam iudicis inferioris, cœpto ſemel iudicio, rectà adire poteſt. *Otto Melandr. ad proceſſ. Meur. part. 2. rubr. 90. tit. 6. & rubr. 97. lit. a. Roſacorb. in pract. forenſ. cap. 20. Gail. 1. obſerv. 28. n. 2.* ibique ius & iuſtitiam ſibi adminiſtrare petere. *text. ordinat. Camer part. 2. tit. 1. in fine. & tit. 26 § 1.* ubi in defectu iuſtitiæ cuilibet ſuperiorem adeundi facultas permittitur.

XLVII. Huic limitationi, ratione obiecti in privilegio deſcripti, accedit altera, nimirum, niſi pro ***hæreditatibus, vel aliis bonis, ſeu proprietatibus extra Civitatem acquirendis vel defendendis*** Cives conveniantur: & hoc caſu privilegium noſtrum iuri Communi plane conveniens eſt: in *l. 19. ff. de jud. l. ult. C. ubi in rem actio: & cap. 1. X. de privileg. in 6. Dn. Carpzov. in proceſ. jur. Civ. tit. 3. art. 3. n. 2.* Prætereà nec hoc à nobis negatur, Cives & ſubditos Argentinenſes, ab alio feudum tenentes, in ***cauſa feudali*** evocari poſſe, non obſtante quacunque prædicti privilegii verborum generalitate. vid. *Schrader. de feud. part. 10. ſect. 1. n. 202. Henr. à Roſenthal de feud. cap. 12. concl. 1. n. 75. Meiſchner. deciſ. Cameral. Tom. 2. libr. 2. deciſ. 1. n. 12.* obligantur enim coram Seniore aut Paribus Curiæ propter iuramentum vaſſallaticum reſpondere. *Dn. Dietrich. ad A. B. tit. 8. verb. ſive poſſint,* ut ex notiſſima Germaniæ conſuetudine & uſu indubitato conſtat:

XLVIII. quod ſi etiam alio loco Cives & ſubditi hi ***contrahant*** vel ***delinquant***, ibique adhuc reperiantur, tunc quoque, non obſtante hoc privilegio exemptionis & fori,

fori, ibidem reſpondere tenentur: *Angel. in l. 19. heres. §. 1. n. 14. ff. de jud & ibi communiter Dd. Gail. 2. obſerv. 36. n. 14 Dn. Carpzov. 2. Reſponſ. 14.* Eodem modo ceſſat privilegium in caſu *fractæ pacis publicæ:* ita enim *Mynſing. tradit. 5. Cent. 58. obſerv.* Omnes Principes & cujuscunque Status homines, ratione publicæ pacis, jurisdictioni Cameræ ſubjecti ſunt, hoc eſt, non obſtante ullo illorum privilegio, quo alias forum declinare poſſent, ob violatam pacem publ. in Camera conveniuntur. *ad. Gail. de P. Publ. lib. 1. cap. 11. Andr. Gylman. deciſ. 54. n. 85. & 87. Arumæ. ad A. B. diſc. 5. Concl. 12. & Buxtorff. ad A. B. concl. 94.*

Ita huc quoque pertinent *cauſæ fiſcales*, quæ ad immediatum Imperii fiſcum pertinent. *Ordinat. Camer. 2. tit. 10.* & reliqui caſus, in quantum hic applicari poſſunt, in quibus Camera in prima inſtantia fundatam jurisdictionem habet. de quibus legendus *Andr. Gail. 1. obſerv. 1. per tot.* & quos latius deduxit *Rumelin. ad A. B. part. 2. diſſert. 1. concl. 10. Myler. in addit. ibid. Knipſch. de jur. & privileg. Civit. Imperial. lib. 2. cap. 33. n. 112.* XLIX.

Cæterum, inter diſſentanea hujus privilegii referenda eſſet, & omniũ maxime, illa de *Renuntiatione* frequens quæſtio: Utrum nempe Civis, incola, & ſubditus hujus Reipubl. Argentoratenſis, huic de non evocando privilegio renuntiare poſſit? Verum, cum ipſum met privilegium, ejusque tenor quæſtionis hujus negativam deciſionem ſatis evidenter ſuggerant, nolumus eam pluribus morari: alias in theſi, quæ ſint Dd. circa renuntiationes hujusmodi privilegiorum & jurium ſingularium, traditiones & opiniones, videri poſſunt apud *Schraderum tract. de feud part. 10. ſect. 1. n. 201. Buxtorf. ad A. B. concl 94. lit. a. Rumelin. ad A. B. part. 2. diſſ. 1. concl. 9. Gail. 1. Obſerv. 40. & plures alios:* L.

Denique, & concluſionis loco, quæri etiam poteſt: Utrum hic ſit effectus & virtus hujus privilegii, ut Cives, incolæ & ſubditi Argentinenſes ad extranea judicia citati, *ne quidem comparere debeant?* quod ad jus Civile attinet, privilegiatus contra tenorem privilegii ſui citatus comparere, idipſum probare, & allegare debet. *l. 40. ff. de teſtam. milit. l. ult. C. de Excuſat. vet.* alioquin privilegium amittit, & beneficia inde competentia. *l. 7. C. de Appellat.* videtur enim contemnere auctoritatem Prætoris, LI.

l. 2. ubi *Anton. Faber in Ration. ff. ſi quis in jus vocatus* : Et in Camera Imperii tamdiu fides narratis habetur ad tribuendam juriſdictionem, donec contrarium allegetur *Gail. 1. obſerv. 31. in pr. Mynſing. 2. Cent. obſerv. 9.* ſed hæc eo tendunt, & vera manent, ſi de caſu dubio, vel nondum notorio quæſtio incidit : *Receſſ. Imp. de anno* 1570. §. 71, ſecus vero eſt, ubi de notorietate privilegii aperte & manifeſtè conſtat, & tùm ſola ſufficit in ſcriptis allegatio. *Mynſing. 6. obſerv. 3.* Notorietas vero hujus privilegii ex eo benè probatur, quod ipſum, cum omnibus ſuis confirmationibus Cameræ Imperiali ſolenniter, ut ex fine totius diſſertationis apparebit, inſinuatum ſit. quin ergo à comparitione quoque Cives prædicti privilegiati ſint, nullus dubito.

LII. Eſſet quidem, ut in præſentiarum tractationi hujus privilegii finem imponerem, niſi ejusdem ſubſcriptio, peculiari adhuc obſervatione digna, oculis manibusque meis occurreret. Numeroſa enim atteſtantium & præſentium Principum ac Procerum ſeries, ſeu Catalogus, hoc ipſum clauſit atque obſignavit. Licebit ergo mihi, cum venia Lectoris, tùm propter rara alias horum monumentorum exempla, tùm & inprimis, propter majorem ipſius privilegii fidem & firmiorem, ſi non fortiſſimum valorem, totam hanc uti in Originali extat, in publicum proferre; modo prius de ratione ejusdem hiſtorica, æque ac utiliſſima, pauca quædam expoſuerim.

LIII. Ubi à veritate hiſtorica non adeo alienum erit, ſi dico, illam exinde profectam eſſe, quod non tantùm Auſa Imperatoris raro Principum Procerumque præſentia antiquiſſimis illis temporibus caruerit, ſed quod Eorum conſortio & miniſterio ſemper ferè graviſa, ad imitationem claruerit; verum etiam, quod Imperatores pleraque negotia, nonniſi comunicato cum iis conſilio, tùm definiverint: partim etiam quod fidem glorioſiſs. record. Imperatores harmonicum membrorum cum capite conſenſum, tàm Patriæ, quam Exteris, talibus clauſulis, demonſtrare ſategerint. Tum denique ideo, quod ipſi impetrantes ingentem exinde gloriam captaverint, rati in conceſſionibus ſuis Procerum mentionem in tantum ſibi præcipuè proficuam eſſe, quo minus ſub & obreptitie impetratas, ſed prævia tanto majore deliberatione obtentas, ſuſpicaretur.

ſpicaretur poſteritas. Modus vero & forma ſubſcriptionis, variis mutationibus, à prima iſtius introductione & uſu, in hæc uſque tempora obnoxia fuit. Siquidem Conſtitutiones & Reſcripta Cæſarea nullius ab initio roboris erant, niſi purpurea inſcriptione, id eſt, ſacro excauſto, & propria Imperatoris ſubnotatione ſignata. *l.6. C. de diverſis Reſcriptis.* Poſtea, & hodie adhuc, plurima fuerunt & in promptu ſunt Diplomata, quæ vel omni carent ſubſcriptione, vel ſimplici atramento luſtrantur, etſi à Principe ſubſcripta, nullo vero excauſto: ita ut non ſine ratione *Pancirollus l.1.2. rer. memor.* illud in rerum deperditarum numerum retulerit. Tempore Caroli M. & ſubſequentium Impp:, ſubſcriptionis loco ſignũ aliquod & character, qualem hic quoque Lotharius Rex Roman. exhibet, uſurpabatur, totius nominis literas inflexas referens, quorum plura exempla in vetuſtis Regiis & Imperialibus diplomatibus videre eſt. confer *Stradam in Hiſtor. Impp.* Cæterum, adeo non ſufficiebat Imperatoris propria ſupſcriptio, ut potius neceſſaria quoque fuerit glorioſiſs. Quæſtoris ſubſcriptio, expreſſo text. in *Nov.* 114. *cap.* 1. & *Auth. glorioſiſſ. C. de diverſ. Reſcript.* ſine dubio, propter infinitam negotiorum molem, quæ per manus Principis ſunt expedienda, introducta: in cujus locum poſteriore ævo ſucceſſit Cancellarius, uti teſtis eſt *Nicetas lib.7. rer. ab Imp. Manuele Comneno geſtar.* modo ArchiCapellanus, modo ArchiCancellarius dictus, juxta *Bernhard. à Mallinkrot Decanum Monaſter. in tr. de ArchiCancellariis Sacri Rom. Imp. pag.* 4. qui Protonotarium ſibi adjunctum habuit. Et hi non dicis, aut nudæ teſtificationis, ſed publicæ utilitatis cauſa, ut cuncta ſine fraude & fuco procederent, adhibebantur. faciunt huc egregie, quæ *Sprenger. in font. jur. publ.* de hiſce ex longiſſima obſervantie adfert: *ad dextram,* inquiens, *Vicarius, ſub illo Cancellarius Vicarij, & ad ſiniſtram oppoſitis his: ad mandatum proprium Domini Vicarij Secretarius ſeu Protonotarius apponitur: deinde ſigillum in cera Rubra circa finem.* Licet vero tres ante dictæ ſubſcriptiones, unius ſint paginæ, diverſiſſimos tamen obtinent effectus. Cæſareum namque Nomen, à quo totius rei maximum momentum dependet, auctoritatem & pondus Principalibus Reſcriptis tribuit: ArchiCan-

LIV.

LV.

 cellarii

cellarii ſubnotatio conſilii, approbationis, honoris, officiique rationes exhibet: denique recognitionis ſtudium, diligentiam collationis, attentationem reviſionis tertia & poſtrema ſubſcriptio indicat.


LVI. Eosdemque fere effectus cùm ſubſcriptione, ſubſignatio habet, cujus proprium eſt Aurum, quo tanquam omnium metallorum & colore & virtute potiſſimo, Imperatores Auguſtiſſimi privative hactenus uſi ſunt, quemadmodum ex Aureis Bullis, plurimis diplomatibus appenſis, adhæc uſque tempora indubitato apparet. *vid. Limn. de jure publ. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 20. prout hoc ipſum non tantum varia; ſed etiam noſtrum Lotharii Imp. & Reg. Rom. invictiſſimi aureo ſigillo pretioſe munitum privilegium, quod in Archivo publ. inclytæ hujus Reipubl. Argentoratenſis inter alia plura *κειμήλια* aſſervatur, comprobat. Reliqua vero, licet hactenus in genere dicta ſint, ſine difficultate tamen ad rem præſentem, & omnes privilegiorum inclytæ Reipubl. Argentorat. conceſſorum ſubſcriptiones, quæ propter amplitudinem ſuam tantùm hic nominandæ, non inſerendę ſunt, accommodari poſſunt. Hinc nihil amplius jam ſupereſt, quam cum promiſſa ſubſcriptione, ex Authentico diligenter deſcripta, ad finem properare. En iſtam, benevole Lector, & mecum admirare!

LVII. *Huic vero inſtitutionis noſtræ traditioni interfuerunt ſubſcripti Principes noſtri. Albertus Moguntinus Epiſcopus, Otto Halberſtadenſis Epiſcopus. Adelgotus Præpoſitus, cum cæteris Argentinenſis Eccleſiæ quamplurimis & Religioſis ex Clero Viris. Ex Laicis, Godefridus Comes Palatinus, Wilhelmus Comes Palatinus. Fridericus Comes Palatinus Saxoniæ. Comes Sigebertus, Comes Fridericus, Comes Theodoricus, Comes Volmarus, Comes Wernerus, Comes Bertholdus, Comes Hermannus de Salmen, Comes Otto de Rinegge, Comes Lotharius de Are. Comes Arnoldus de Lon, Advocatus ejusdem Civitatis Henricus & Patruus Sifridus de Saxonia, Comes Wernhardus de Steinersberg. De ſpiritualibus, etiam Abbas Morbacenſis de Miniſterialibus, Syfridus urbis præfectus. Rudolphus Cauſidicus. Albertus Vice Dominus.*

Iſti

Iſti, cum cæteris Civibus ſuis, inſtitutum hoc & jus à Nobis promeruerunt & obtinuerunt. Et ut hæc noſtra Inſtitutionis traditio firma permaneat, jugiter & inconvulſa omnium contradictione remota, regio banno noſtro eam munivimus & confirmavimus, hocq́; privilegium inde conſcribi juſſimus, & impreſſione ſigilli noſtri corroboravimus.

Signum Domini
Romanorum Re
invictiſſimi, Ego
gis Notarius vi
Archi Capellani



Lotharij Tertij
gis, DEi gratia
Thietmarus Re-
cem Adelberti
recognovi.

Dat. XIII. Februarij, anno Dominicæ Incarnationis, Milleſimo Centeſimo vigeſimo nono, Indictione ſeptima, anno vero Regni Domini Lotharij Regis Romanorum, DEi Gratia invictiſſimi, quarto, Actum Argentinæ feliciter. Locus Sigilli Regij.

PRIVILEGIVM II.

De non Appellando.

CIves, incolæ, ſubditi, & quicunque co- 1.
ram judiciis Civitatis Argentoratenſis in prima inſtantia conveniri poſſunt, in ſecunda quoque inſtantia, in ſumma non appellabili, ſexcentorum ſcilicet Aureorum Rhenenſium, coram ejusdem Auguſta

Camera, ſeu inclyto Collegio Tredecimvirali, forum ſortiantor legitimum & ordinarium : quod ſi vero ſumma litis major fuerit ſumma non appellabili, & partes litigantes in eâdem, Collegii hujus Tredecimviralis jurisdictionem ſponte prolongare nolint, vel in hoc ipſo litigantibus juſtitia apertè denegata, vel temerè protracta fuerit, tùm appellatio, præſtito prius ab appellante corporaliter jurejurando, ſe non frivolè & maligno animo appellare, ſed bona fide ſe gravatum eſſe, credere, in Camera Imperiali, vel judicio Aulico admittitur: ſancita in eos, qui contra faciunt, pœna quinquaginta marcarum auri puri, & Cæſaris & totius Imperii graviſſima offenſa atque indignatione.

EXEGESIS.

II. Sicut ordine, præſertim in judiciis, nihil eſt jucundius, & ad promovendam juſtitiam nihil utilius, ita *ἀταξία*, & præcipuè jurisdictionis confuſio, non tantum partibus litigantibus damnoſa, ſed ipſi quoque Reipubl. maximè eſt pernitioſa: Ubi enim ſua cuique jurisdictio non ſervatur, quid aliter agitur, niſi ipſa juſtitiæ adminiſtratio turbetur. *c. 39. pervenit. can. 11. qu. 1. Gail. lib. 1. obſervat. 3. n. 6. & obſ. 119. n. 2.* Hinc Actor reum coram ſuo judice, & quidem proximo ac imediato, convenire

venire debet, nec ipſum inferiore præterito, ſtatim ad ſuperiorem evocare poteſt. *l. 4. C. de jurisdict. Nov. 86. cap.1.* quod, uti hodie in toto Sacro Romano Imperio maxime eſt obſervandum, ubi Statibus jurisdictio quaſi res patrimonialis competit & conceſſa eſt. *Franzk. lib.1. Reſolut, 15. n. 11. Carpzov. de proceſ. tit. 3. art. 4. n. 66. & ſeq.* ita quoque idem jus obtinet in illuſtri ac libera Sacri Rom. Imperii Rep. Argentoratenſi, cujus Cives, incolæ, ſubditi & alii, quatenus & quouſque in cauſis ſimplicis querelæ, ſive in prima inſtantia, coram ordinario ſuo Magiſtratu in ipſa Civitate conveniri poſſint ac debeant, ſuperiore privilegio à me actum eſt. Nunc ad *alteram ſeu ſecundam*, quam vocant, *inſtantiam*, & ad cauſas quæ per viam appellationis, ad inclytæ hujus Reipubl. tribunal pertinent, progredior. Ubi ante omnia vocabuli hujus *appellationis* notanda veniret Homonymia, ſiquidem præter ea, quæ vulgò à Lexicographis circumferuntur, etiam in jure noſtro non ubique unam habet ſignificationem: Sed cum varias haſce ambiguitates præ aliis jam diſtinctè propoſuerit, *Conſultiſſimus Dn. D. Rebhan, Patronus & Præceptor meus, perpetuo obſervantia cultu deveneranđus, in Hodog. edit. noviſ. pag. 835. & Colleg. jurid. Argent. lib. 49. tit.1. th. 3,* mihi hoc loco appellare is dicitur, qui ab inferiore judice ad ſuperiorem provocat. III.

Origo vero appellationis antiquiſſima & vetuſtiſſima eſt; animadvertere enim licet, à prima ferè antiquitate uſu obtinuiſſe, ut apud omnes propè gentes ſummum aliquod judicium conſtitueretur, in quo & læſi aſylum haberent, & cauſæ, in inferioribus judiciis malè judicatæ, melius excuterentur. Deprehendimus hoc in exemplo Moyſis, qui ex conſilio Soceri ſui conſtituit judices, qui deciderent cauſas minores, levioresque controverſias, majores vero ad ſe remitterent. *Exodi* 18. *v.* 25. nec quiſquam dubitavit, quin populo permiſſum fuerit, ſi quis ſe injuria à judicibus illis inferioribus affectum putaret, Moyſen appellare. *Bachov. ad Treutler. part. 2. diſput. 33. th. 1. in pr.* idem clarius patet ex Hiſt. *Jonatha* 1. *Sam.* 14. §. 45. & Suſannæ. vid. Hiſt. Suſannæ. *v.* 44. *& ſeqq.* & quoad Romanos textus eſt expreſſus *l.1. ff. de appellat.* ut ſilentio quaſi prætercam Medos, Græcos, aliosque, quorum hac in re IV.

lauda-

laudabilia inſtituta ex Ariſtotele, Plinio, & Plutarcho multis al-
legat *Dn. Beſold. de appellat. juvam. cap. 1. §. 8. Juſtus Zinzerling in*
V. *diſſert. inaug. de appellat. th. 4.* unde non immerito JCti ab ipſo
jure naturæ ſeu Gentium eam profectam eſſe dixerunt, ex *ca. ad*
Romanam. 6. & can. 2. cau. 8. qu. 6. in verbo nec debet mater obli-
viſci filium ſuum. Damhoud. in praxi rer. civil. cap. 229. n. 3. Gail. 1.
obſ. 128. n. 1. Schneidevvin. ad pr. Juſt. de jurisdict. cum ſit ſpecies
defenſionis naturalis, quam natura omnibus indulget, *l. 3 ff. de*
juſt. & jure. l. 1. §. 27. ff. de vi & vi arm. l. 4. & l. 45. § ff. ad L. Aquil.
Coll. jurid. Argent. d. l. 49. tit. 1. th. 5. imo nihil rationi naturali
magis conveniens eſſe dicitur, quam id quod contra iniquita-
tem præſtat defenſionem, & præſidium innocentiæ. *cap. 61. X.*
de appellation. l. un. C. de ſentent. præf. prat. nec quidquam impe-
dit, quod hodie circa eandem jure Civili, Canonico, & Statuta-
rio paſſim certa forma, certusque modus appellationem inter-
ponendi, introducendi, & proſequendi ſit præſcriptus & defini-
tus; quaſi appellatio jure naturæ licita, juribus & privilegiis
VI. Cæſareis reſtringi non poſſet. Extant enim exempla in jure
Civili, quibus probatur, ejusmodi appellationum reſtrictiones
juri naturali permiſſivo contrarias non eſſe. *l. un. C. de offic præf.*
præt. ubi in §. 1. dicitur, *his cunabulis præfectorum authoritas ini-*
tiata, in tantum meruit augeri, ut appellari à præfectis prætorio non poſ-
ſit; idem dicitur in *l. 19. C. de appellat.* & alibi: ratione ſubjectâ
in *d. l. un. credidiſſe Principem eos, qui ob ſingularem induſtriam, ex-*
plorata eorum fide & gravitate, ad eius officij magnitudinem admitte-
rentur, *non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia & iure dignitatis ſuæ,*
quam ipſe foret iudicaturus: quæ verba bene declarant, poſſe ob
publicam utilitatem inferioribus à ſum̃a Majeſtate, tantam pote-
ſtatem concedi, ut ipſi Civibus terminum quaſi litis ponant,
quem alias ſola ſumma Majeſtas ponere poſſet, ob electam per-
ſonarum induſtriam, & quod unus omnibus negotiis ſupereſſe
VII. nequear. Hoc autem jus non appellandi diſpeſcitur non-
nunquam in *Theologicum & in Politicum ſive ſæculare.* Et-
enim, ſi quis in rebus ſpiritualibus & Eccleſiaſticicis gravatur,
æquo animo id ferre debet, quippe quod in his terris nec corri-
gi poteſt, nec licet: ſed relinquendum juſtitiæ Divinæ, cujus
ſolius

ſolius hæc vindicta eſt, quæ omnia etiam coram ſummo illo tribunali magna dies aperiet. *Horat. Cavalcan. de brachio regio p. 5. n. 150.* ſunt tamen non pauci, quibus e. g. propter religionem injuſti judicis ſententia ademit, vel potentioris contentio, non honores & opes tantùm, ſed & ipſam vitam, quandoquidem illis nullum aliud contra potentiam opprimentium reſtabat remedium, quam ut provocarint ad ſummi judicum judicis judicium & tribunal, & evocarint potentiores, illisque vadimonium impoſuerint. *Petr. Gregor. Tholoſ. de appellat. 3. tit. 4. n. 10. Beſold. in diſc. de appellat. cap. 2. n. 13. pag. 50. Juſtus Lipſius in monit. polit. cap. 11.* quæ provocatio vulgo vocatur citatio ad judicium in Valle Joſaphat. vid. *Speidel. in Obſerv. pract. lit. T. n. 26. in voce* Thal Joſaphat. eamque in certis caſibus, & ſub certis requiſitis licitam, à DEO exauditam, & citatum talem vadimonium ſubire juſſum fuiſſe: admiranda, quæ paſſim in Hiſtoriis referuntur, & θείοις annumerantur *à B. Dn. D. Dannhauero in libello de repulſa appellat. nullius th. 5. in fin.* exempla comprobant, quæ videri poſſunt apud *Fulgos. lib. 1. cap. 6. Philip. Camerar. 3. horar. ſubſciv. 58. Martin. del Rio 4. diſquis. Magic. 4. qu. 3. Math. Stephani de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 1. m. 2. n. 189. Sleidan. de Statu Relig. lib. 3.* ubi provocationis ad judicium divinum Johannis Huſſi, & Hieronymi Pragenſis in concilio Conſtantienſi hæreſeos damnatorum, & rogo combuſtorum, meminit, quam etiam teſtatur Hiſtoriographus Gallicus *Petr. Mattheus hiſtor. lib. de la paix fol. 205.* quo de appellationis genere videre licet *Jo. Nordermannum de jure Princip. th. 51. Jo. Heringium: Chriſtianum Heroldt*, qui tractatus peculiares de ea edidere, item *Rumelin. ad Aur. Bul. part. 2. diſſert. 2. concluſ. 2.* quamvis hæc provocatio in cauſis civilibus, ut temeraria & impia, juſtius improbetur; imò ſub arbitraria pœna prohibeatur, quippe quæ nullo jure defendi poſſit. *Vent. de Valent. parth. litigios lib. 3. cap. 1. n. 38.* VIII.

IX. Cæterum *Natura* & *forma* appellationis in eo potiſſimum conſiſtit, ut ſemper aſcendat ad ſuperiorem. *Nov. 23. cap. 4. l. 1. §. 3. ff. de appellat. cap. 16. X. de Major. & obed.* unde & quod ab Imperatore Romano appellari non poſſit, nec ultra detur appellatio, non immerito ſtultum ratus eſt admonere JCtus

Ulpianus in *l. 1. §. 1. ff. à quibus appellare* : quandoque non agnoſcat ſuperiorem, & is ipſe ſit, qui provocatur, & contra naturam appellationis ſit, à ſuperiore ad inferiorem appellare. Et quanquam nonnulli ſunt, qui putant, ab Imperatore omnimodo ad Imperium appellationem permiſſam eſſe, rectius tamen hoc negatur à *Rumelin. ad Aur. Bul. part. 2. diſſert. 2. concl. 1. Myler. in addit. ibid. Perſonato Juſt. Spring. de Pace Relig. cap. 2. fol. 9. Reinking. de Regim. Secul. & Eccleſ. 1. claſſe 7. n. 14 per tot. Limnæ.*
X. *Tom. 2. jur. publ. cap. 9. n. 104.* Alii vero eò progreſſi ſunt, ut appellationem ab Imperatore ad Pontificem aſſeruerint. *Guido Papa de appel concl. 6. Hoſtiens. in cap. Joh. X. de fide inſtrum.* verum, contraria opinio & veritati, & rationi eſt convenientior, uti hoc *Limnæ. allegato loco n. 99.* fuſius deducit. Hinc hodie is, qui provocat in Imperio ad Pontificem, tanquam contemptor Cæſareæ jurisdictionis, centum marcis auri puri mulctatur. *Ordinat. Camer. part. 3. tit. 51.* extatque nobilis ſententia Cameræ 20. Februarii 1512. prolata apud *Sailer. præjudic. Camer. tit. appellare quibus & à quibus*: ſed & Camera Imperialis in hoc caſu mandata inhibitoria ſine clauſula decernit. Dn. *Jo. Theod. Spreger. in Inſtit. jur. publ. lib. 1. cap. 11. qu. 1. Zinzerling d. diſſert. th. 57.*
XI. *& ſeqq.* Hinc ergo concludendum eſt, in Republ. Romano German. ab Imperatore etiamnum hodie ad quempiam non poſſe appellari, & quia jure Majeſtatis atque ſic proprio & independenter hoc habet, in alios quoque ne ad ſe appelletur, transferre poſſe. *Rumelin. ad Aur. Bul. part. 1. diſſert. 8. concluſ. 5. & part. 2. diſſ. 2. concl. 1. Dn. Mylerus in addit. ibid.* Hinc in Imperio noſtro ***duplex jus de non appellando*** ortum, alterum abſolutum & illimitatum, alterum vero ad certam pecuniæ ſummam adſtrictum: prius exemplo illuſtris Cameræ Imperialis demonſtratur, à qua ne ad Imperatorem quidem appellatur. juxta *Ordinat. Camer. part. 3. tit. 51.* Wir ordnen / ſetzen / und wollen auch / daß von den Urtheilen am Kayſerl. Cammergericht ergangen und außgeſprochen / kein theil weiters zu appelliren oder zu ſuppliciren macht habe. *Gail. 1. obſerv. 1. n. 7. & 41. n. 8. & 121.* eodem fere modo ſe res habet cum privilegio Electoribus ab Imperatore Carolo IV. in Aurea Bulla conceſſo, quamvis & antea hoc ..s

vel

vel omnibus vel quibusdam competiiſſe *Knichenius de Saxon. non provoc. privil. cap. 2. n. 3. pag 329.* & *Hagius 1. qu. 40. n. 32.* tradant. ſed nec de hoc, nec de aliis ſimilibus hic agere inſtitutum noſtrum eſt: ſed tantùm de poſteriore, limitato, reſtricto & conditionato, quod variis Statibus Imperii, & inclytæ quoque Reipubl. huic Argentoratenſi ab Imperatoria Majeſtate datum & conceſſum eſt, pauca dicturus ſum.

Hoc ergo privilegium *Originem* ſuam debet Maximiliano I. Imperatori invictiſſimo & glorioſiſſimo: de quo hiſtoriarum monumenta teſtantur, quod nullos majore amore quam Viros doctos amplexus ſit, adeo ut quemadmodum iis, ad exemplum Imperatoris Severi laudatiſſimi, aulam ſuam, ita & animum patere voluerit, ſeque eorum Patronum dici, maximo ſibi honori duxerit: Cujus tanta fuit eloquentia, ut Exterorum Regum Oratores, & Principes Imperii diſſertiſſimas ejus Orationes frequenter in Comitiis de rebus arduis habitas, non ſatis admirari, ne dicam laudare potuerint: Qui non vernacula tantùm, verum etiam latinè, etiam gallice, & Italice eleganter & copioſe loquebatur; qui commentarios rerum à ſe geſtarum, & de quorundam animalium natura ſeu ingenio, ſtylo terſo & eleganti ſcripſit; ut taceam alia ejus opuſcula, quorum MScripta adhuc in Auguſtiſſima Bibliothecâ Cæſarea Vindobonenſi, theſauro totius rei literariæ opulentiſſimo & pretioſiſſimo, magna cura & diligentia aſſervantur: tanti pretii habita à Perilluſtri & Excellentiſſimo Dno *Petro Lambeccio, Sacræ Caſ. Majeſtatis Leopoldinæ Conſiliario, Bibliothecario ac Hiſtoriographo, undiquaque celebratiſſimo*, & de quo nunquam mihi ſatis gratulari poſſum, *Patrono Maximo*, ut inter rariſſima & pulcherrima exteris & peregrinantibus illa ipſa demonſtret. XII.

Sicut autem Clementiſſimus hic Imperator in alios Imperii Status, ita quoque erga Rempubl. inprimis Argentoratenſem ſe benigniſſimum exhibuit; Non enim elogio, tantum his & poſteris, ſi quæ inſuper ventura ſunt, ſæculis digno, Eam extulit; Daß ſie ſey ein alter getreuer Stand des Reichs / eine verneme / gute weit und breit bekandte Statt / und deß Orts des Heyl. Reichs eine ſtarcke Vormaur / die den ehrlichen / löblichen und ruhmwürdigen Fußſtapffen XIII.

Ihrer alten Vorfahrer jederweilen treulich nachgefolget/ in Mannlicher Tapfferkeit/Auffrichtigkeit/ Redligkeit/ alter teutſchen Kühnheit / und unerſchrockenen Standhafftigkeit. Sed Imperialibus etiam ſuis gratiis & privilegiis Eandem largiſſimè dotavit: Huic enim accepto referri debent jus cudendæ monetæ Aureæ : jus vidimandi & tranſumendi: jus arreſtandi: jus Civitatis acquirendæ : Conſervatorium omnium privilegiorum ad judices Rotvvilenſes datum, omnium verò maximè hoc de non appel-
XIV. lando privilegium. Quo ab initio nemini ad extranea judicia appellare permiſit, niſi præſtito prius jurejurando ſub cautione, fidejuſſione, promiſſione atque pignoribus, ſe nec temerè, nec petulanter, nec maligno animo provocare, ſed non aliter ſcire vel intelligere, quam juſtè ſe appellare. *ſub dat. Aachen.* 2. *Martij*.1495. poſtea vero ad certam ſummam ab eodem Imperatore, 24. nempe aureorum Rhenenſium, datum & conceſſum fuit, extra quam nulla appellatio recipienda fuit, etiamſi quis jusjurandum præſtare, vel cautionem & fidejuſſionem afferre voluerit. *ſub dat. Worms*.18. *Martij* 1496. ſed & tertia vice idem à prælaudatiſſimo Imperatore extenſum eſt ad 50. aureos Rhenenſes, repetitis ſingulis verbis, quæ in priore extant. *ſub dato Worms*. 28. *Martij*. 1497. imò quarta vice ſumma ampliata, & loco quinquaginta, centum & quinquaginta (150) aurei Rhenenſes conſtituti ſunt; *ſub dat. Saarbrucken* 15. *May* 1505. quem ſecutus Carolus V. Imperator invictiſſimus, qui de verbo ad verbum prius, ſub dato *Worms*. 20. *Februarij*. 152·. mox vero altera vice, cum extenſione ad 400. aureos Rhenenſis confirmavit: *ſub dato* Regenſpurg 21. *Julij*. 1541. Nec Ferdinandus glorioſiſſimæ memoriæ Imperator in hac ſumma acquieſcere voluit, ſed ad 500. aureos Rhenenſes eam liberaliſſime extendit; *ſub dato*
XV. Augſpurg *anno* 1559. *ult. d. May*. In qua inclyta quoque Reſpubl. Argentoratenſis lubens ſubſtitit, donec glorioſiſſimus Imperator Maximilianus II. noviſſime & clementiſſime illam augeret ad 600. Aureos Rhenenſes, in auro & pondere integròs. *ſub dato* Augſpurg 1. *Junij*.1566. quod augmentum retentis de cætero iisdem verbis formalibus Imp. Rudolphus II. Aug. clementiſſimè confirmavit in Comitiis Auguſt. Vindelic. 20. *Augusti*

guſti 1582. Ubi noviſſe oportet, antiquiſſimis temporibus, & ſæculo adhuc decimo tertio, provocationes ad Imperatorem ſeu Cæſarem, Cæſareumque ſeu Regium judicium fuiſſe licitas, etiam in cauſis minimis, quod in jure quoque civili fundatur, *l. 20. C. de Appellat.* nec quenquam Imperii Statuum de non appellando ab ipſius ſententia cujuscunque ſummæ privilegium habuiſſe: Ita enim de hac re cautum legimus à Friderico II. Cæſare *anno* 1230. *art.* 24. Wir ſetzen/daß des Riches Hove habe einen Hoverichter/ der ein Friedmann ſy/ der ſoll och an demſelben Ampt zum mainſten ein Jahr blieben/ ob Er ſich recht und wohl haltet/ der ſoll och alle Tage zu Gerichte ſitzen ohne die Suntage / und ohne die groſſe Heilige Tage / und ſoll allen Lüten richten / die Ihm clagend und von allen Lüten / ohne Fürſten und ohne andere hohe Lüte / ſwo es hin gat/ an Ihr Lip / oder an Ihr Recht / oder an Ihr Erbe / oder an Ihr Leben/ das wollen wir ſelber richten. quæ verba repetuntur in Edicto Rudolphi I. apud *Lehman. in Chron. Spirenſi lib. 5. cap.* 108. ut & in Edicto Alberti I. apud *Goldaſt part. 2.* Reichs Satz. *pag.* 27. ubi *art. 5. cap.* 13. additur: der Richter ſoll och haben einen ſonderlichen Schriber / der da beſchrieben ſoll alle die in die Achte kommen/ und die Sach darumb Sie darin kommen ſind. XVI.

Inde liquet ſolum judicium Aulicum Imperatoris, inprimis quoad ſecundam inſtantiam, illis ſæculis obtinuiſſe, certumque huic præpoſitum fuiſſe judicem & unum Actuarium vel ſcribam, ad exemplum præfecti prætorio. Nec aliam fuiſſe ſæculo etiam decimo quarto hujus rationem, rarioresque propterea ad illud judicium appellationes: vice illarum increbeſcente & graſſante iſto, ſi verum fateri licet, brutali more ſemetipſos vindicandi, des Fauſtrechts / lites armis decidendi, vel litigia per vim terminandi, de qua re videri poſſunt tùm *Generoſ. Dn. Caſpar Lerch* à Dürmſtein *de Ord. Equeſt. german. in 2. fundam. n.* 94. *fol.* 191. tùm illius ævi monumenta, & acta Imperii publica. XVII.

Sæculo autem decimo quinto, ſublato iſto jure injurio des Fauſt-oder Kolben-Rechts/appellationes cæperunt eſſe frequentiores, adeo ut propterea etiam, poſt tot alia experimenta, demum inſtitutum ſit Cameræ Imperialis Tribunal glorioſiſſimum, & laudatiſſimum, ſed nunquam ſatis laudatum, ab Imper. Maximiliano I. XVIII.

Aug. *anno* 1495. *d.*7. *Auguſti*, ſive ut *Gailius vult*, *lib.*2. *de P.Publ. cap.*1. §. 28. *ult. Octobr.* Etenim jam ante Cameralis judicii originem, nonnullis indultam fuiſſe non appellandi de certa aliqua ſumma immunitatem, aliis vero ſimpliciter non negó. vid. *Lehman. in Chron. Spir. lib.* 5. *cap.* 116. *& cap.* 125. *Aurea Bulla Caroli IV. tit.*3. *&* 11. imò & hoc privilegium de certa ſumma non appellandi Reipubl. Argentoratenſi datum & conceſſum eſt, ante quam Ordinatio Cameræ Imperialis cuiquam in mentem venit. Attamen poſtquam ſemel ſtatuta fuit certa ſumma, atque inclyta hæc Reſpubl. magis magisque privilegii ſui utilitatem in quotidiano judiciorum uſu experiretur, illud omnibus

XIX. modis tueri, quotidieque largius reddere ſategit. Semper enim quaſi præcurrebat ſummam iſti Tribunali præſcriptam & determinatam, quod ex collatione facile apparet. Primo enim in Camera, quinquaginta floreni Rhenenſes. *Ordinat. Cam. part.* 2. *tit.* 28. §. und ſonderlich ordnen. poſtea 150. *Receß Imp. de anno* 1570. §. als wir dann. mox 300. floreni Rhenenſes. *Receß. Imp. de anno* 1600. §. wiewohl nun auch. & denique in *Receſſu Imp. de anno* 1654. §. Viertens ſolle die Appellation. ic. 400 thaler ſive 600 floreni vulgares conſtituti ſunt. vid. *Gail.* 1. *obſer. v.* 123. *per tot. Limnæ lib.* 9. *i. publ cap.* 2. *n.* 164. *Sprenger. in Inſt. jur. publ. lib.* 1. *cap.* 14. *pag. m.* 74. quicquid ergo hanc quadringentorum Thalerorum ſummam excedit, id velut exceptio à regula & privilegium eſt.

XX. Quare autem hoc ipſum illuſtri Reipubl. Argentorat. fuerit conceſſum, ſive quænam fuerint *cauſæ impulſivæ*, tanto minus ſilentio prætereundæ ſunt, quantò magis eidem eximiæ laudi & honori cedunt, ſi proferantur. Prima igitur, quamvis communis ferè ſit omnium privilegiorum Argentoratenſium, eo rectius tamen reliquis præmitti poteſt & debet, nimirum pietas, fides, virtus, officia Imperatoribus ſemper præſtita, & de Imperio benemerita. Ita enim Imperator Maximilianus Aug. hj. nominis I. ait: Des haben wir angeſehen / ernanter Meiſter und Rath zu Straßburg unterthänig zimliche Bitte / auch die getreue / angenehme / wohlerſprießliche und nutzliche Dienſte / ſo weyland Ihre Vorfahren und Sie Unſern löblichen Vorfahreren

Römiſchen

Römiſchen Käyſern und Königen/auch Uns und dem Heyl. Röm. Reich/ mannigfaltige wege gehorſamlich erzeigt und erwieſen haben/ und hinführo nicht weniger unterthänigſt zu thun urbiethig ſind/ auch wohl thun mögen und ſollen. ergo non prætextu pecuniæ, ſed amore & honore Impp. propter officia & bene merita & hactenus in compenſationem quandam fidei obſequiique, Prædeceſſoribus Imperatoribus, Regibusque, & toti Imperio Romano reapſe nullo non tempore præſtiti, illuſtri Reipubl. Argentoratenſi hoc privilegium conceſſum eſt. Altera ratio magis ſpecialis eſt & honorifica: prædicatur enim de inclyto Magiſtratu & Senatu prædictæ Civitatis, qui quovis tempore fuerunt, cura & ſolicitudo ſingularis in adminiſtratione juris & juſtitiæ, quod ſanctè & intemeratè hactenus juſtitiam coluerint & obſervaverint, jusque cuique ſuum juxta mores & ſtatuta loci, nec non jura Imperii promptè reddiderint, verba privilegii hæc ſunt: ibi: Sie einen jeden / ſo bißher für Ihrem Rath und Stattgericht in Recht geſtanden / recht wie ſich nach derſelben Stattordnung / Satzung/und Herkommen gebürt und Sie daß von Uns/und Unſeren Vorfahreren am Römiſchen Reich begnadet und gefreyet ſind/ fürderlich und unverzüglich erſtattet/ und ergehen laſſen/ und ſie daß ohn allen Vortheil/ als ſie Gott und den Rechten ſchuldig ſind/üben und befleiſſen. XXI.

Tertia hujus privilegii cauſa, qua Clementiſſimus Imperator ſe moveri paſſus eſt, fuit, (uti mali mores bonarum legum plerumque occaſio eſſe ſolent,) hominum malitia & iniquitas, capturæ, mutilationes, ſpoliationes atque alia damna propemodum innumerabilia, tàm in Reipubl. præjudicium & gravamen, quam ſubditorum & Civium diſpendium atque extremam perniciem redundantia: pateſcit autem illa plenius ex verbis ſæpius laudati privilegii, ibi: zu mehrmahlen von Ihnen und den weltlichen Gerichten bey Ihnen zu Straßburg keiner Notdurfft/ ſondern zu geverlichem Verzug und Ußflucht/ umb gering Sachen / muthwillig und unordentlich appellation an Uns fürgenommen / daß Ihnen und Ihren Mitburgern zu unbilligem Coſten und Schaden reichte / und dazu beſorgen müßten / daß künfftiglich zwiſchen den berührten Mitburgeren/ Auffruhr und Widerwillen/ auß ſolchem erwachſen/ die der Statt Straßburg zu Zerrüttung und XXII.

XXIII. ewigem Verderben fallen möchten. Quarto, inter cauſas hujus privilegii excitativas, non immerito referri poteſt cumulatio inſtantiarum; cum enim gradatim his in terris appellare liceat, non præſumitur quis toties læſus in una eademque cauſa, de qua cumulatione inſtantiarum videri poteſt Reformirte Ordnung Eines Ehrſamen groſſen Raths der Statt Straßburg *pag. 1. & ſeqq.* Denique accedit favor Reipubl. cujus maxime intereſt, ut lites finiantur ac abbrevientur, non autem lites ex litibus ſerantur & perpetuentur, ibi: daß Sie Ihr Widertheil durch den Gerichts-Coſten und langwirigen proceſs an Unſerm Kayſerl. Cammergericht auß vielerley Geſchäfften / und andern Urſachen ſo ſich zutragen / aufhalten und müde machen / und alſo zu gütlicher
XXIV. Handlung und Vertrag zubringen verhoffen. Hæ igitur ſunt præcipuæ cauſæ, quæ à privilegii noſtri glorioſiſſimis Authoribus, Imperatoribus invictiſſimis ac celeberrimis, elogiis inſigniuntur atque commendantur, quod ſint ſtattliche und redliche Urſachen / quæque ſicut ad dandum, ita ad confirmandum ſemper ſatis urgentes, validæ & ponderoſæ erant.

In ipſo autem privilegio nobis exhibentur *ſubjectum, objectum, judex à quo & judex ad quem.* Prius, ſubjectum ſcilicet paſſivum, conſtituunt Perſonæ, quibus appellandi licen-
XXV. tia interdicitur. Equidem jure Civili quivis ſententia judicis gravatus appellat, niſi cui ipſamet jura appellationis beneficium præcidunt; hinc excipiuntur illi, qui vel ob ſtatum, vel ob contumaciam, vel ob delictum notorium prohibentur appellare. *tot. tit. ff. de appellation. recip. vel non.* ubi *Coll. jurid. Argentor. & Dd. communiter.* verum in privilegio noſtro, quod ſub certa ſumma generale & prohibitorium eſt, omnes ſive ſint Cives, incolæ, extranei, ſubditi & quicunque alii, ſive actores ſive rei, Eccleſiaſtici vel ſæculares, mares vel fœminæ, coram judiciis Civitatis in prima inſtantia litigantes, ad extranea judicia reſpectivè appellare prohibentur: clara ſunt verba Imperat. ibi: daß nun hinführo in Ewigkeit / kein Perſon geiſtlich noch weltlichen Stands / frembde oder heimiſche / Männer noch Frauen / in oder außwendig der Statt Straßburg wohnhafftig / in was Würden / Stand oder Weſens der oder die ſeyen / niemand außgenommen.

verum

verum, cum ſupra de hiſce prolixius egerim, nolo eadem repetere, ſed ad *objectum* propero, cauſas nimirum, in quibus appellatio ad Cameram Imperialem locum non habet. Sicut autem vocabulum cauſæ generale eſt, omnem omnino litem in judicium deductam comprehendens, *Schrader. de feud. part.* 10. *ſect.* 1. *n.* 69. ita hoc ipſum de quibuscunque cauſis, exceptis tamen excipiendis, quæ ſcil. ſua natura ad Cameram devolvantur, de quibus agit *Blum. in proceſſ. Camer. tit.* 46. *n.* 42. tàm civilibus, injuriarum, & pecuniariis, realibus & perſonalibus, in petitorio agatur vel in poſſeſſorio, nihil intereſt; modo ſententia definitiva præceſſerit, vel interlocutoria vim definitivæ habens; ita enim verbis privilegii docemur. ibi: von eynerley unterredlichen oder Endlichen Urtheilen / Decreten oder Erkandnuſſen / durch den Rath oder andere weltliche Gericht zu Straßburg geſprochen. XXVI.

In *Civilibus vero hiſce cauſis* inprimis conſideranda venit *ſumma non appellabilis*, quæ juxta tenorem privilegii, eſt ſexcentorum aureorum Rhenenſium incluſivè, in authentico his verbis deſcripta. ibi: ſo die anfängliche Hauptſach und Clag nicht über Sechshundert Gulden Rheiniſch in Gold / ſondern ſechshundert und darunter werth wären. Non ergo floreni ſimpliciter ſic dicti, ſed floreni Aurei Rhenenſes hic exprimuntur, Rheiniſch Goldgulden oder Rheiniſch in Gold: ſive enim priore, ſive poſteriore modo dicatur, hactenus nihil intereſt, cum utraque appellatione aurei Rhenenſes integri intelligantur: quod non ſolum ex Conſtitutionibus Imperii noſtri demonſtrat *Sixtin. lib.* 2. *de Regal. cap.* 8. *n.* 55. *Bocer. de furt. pæn. cap.* 1. *n.* 56. ſed ex uſu quoque longiſſimo confirmat *Otto Meland. in proceſſu Meur. p.* 2. *n.* 58. *fol. m.* 417. *Schvvanman. lib.* 2. *proceſ. cap.* 1. *n.* 3. Hi olim juxta Receſſum Imperii *de anno* 1541. §. 51. Doch ſollen und wollen. & *Receſ. de anno.* 1551. §. Nemblich als ſich bißhero. 36. valebant octodecim bazios, juxta Edictum monet. *de anno* 1559. §. hierauff wollen / fordern und ſetzen. 66. octodecim bazios & tres crucigeros fünff und ſiebentzig Creutzer / & ita quoque in Camera Imperiali für einen Goldgulden erkennet man bey dem Kayſerl. Cammergericht fünff Ort eines Gulden. *Author.* XXVII. XXVIII.

F *deciſ.*

decis. ſeu præjud. Camer. Imp. §. Goldgulden. *& Wehner. in obſerv. ſub ead. voce.* Hodie vero, cum aureus florenus ratione extrinſecæ bonitatis tantùm ſit mutatus & valeat 21. aſſes, ſive triginta & unum cum dimidio bazios, etiam privilegium hodie eſt mille ducentorum & ſexaginta florenorum in moneta minore uſuali, quæ aliquando reducenda eſt juxta *Receß. Imp. de anno* 1654. §. 116. ad Thaleros Imperiales, ratione bonitatis intrinſecæ non muta-
XXIX. tos. *Blum. in proceß. Camer. tit.* 34. *n.* 110. *&* 111. quæ ſumma ſtrictiſſimè obſervari debet, adeo, ut ſi in minima parte defectus appareat, ea pro non appellabili habeatur, nec ideo ad Cameram deferri poſſit; ita enim legibus Imperii cautum eſt: ibi: reiflich zuerwegen / fleiſſig in acht zunemmen / und ſteiff darüber zu halten / damit alſo leicht dergleichen appellationes nicht angenommen werden / welche ſolchen privilegiis und darin̄ enthaltener Sum̄
XXX. zu widerlauffen. *Receß. Imp. de anno* 1654. §. 123. Non tamen in hac ſumma inſpicitur quid judicatum, ſed quid petitum fuerit, cum in juriſdictione judicis fundanda, quid petatur & non quid pronuncietur, conſiderari debeat: *L.* 19. *ff. de juriſdict. omn. judic. Gail.* 1. *obſerv.* 123. *n.* 3. de quo olim in Camerali judicio non fuit dubitatum: propter *Receß. Imp. de anno* 1600. §. 14. wiewol nun auch. ibi; da die Clag unter Dreyhundert Gulden Hauptgelds wäre. *Magenh. in Ordin. Camer. part.* 2. *tit.* 28. attamen *anno* 1603. per majora in pleno diverſum concluſum & receptum eſſe
XXXI. refert *Blum. in proceß. Cam. tit.* 46. *n.* 9. Hæc autem ſumma ſexcentorum aureorum Rhenenſium non appellabilis, debet eſſe ſumma principalis, ſo die anfängliche Haupſach und Clag nicht über ſechshundert Rheiniſch an Gold wäre. verum an cum hac etiam cumulari poſſit intereſſe, ad excluſionem hujus privilegii, pro fundanda juriſdictione Cameræ? quæſtio is eſt: equidem ſimpliciter cumulationem admittere videtur & defendere *Mynſing. cent* 5. *obſerv.* 83. *n.* 3. *Gail.* 1. *obſerv.* 123. *n.* 3. *Zinzerling.* vero in *d. diſſert. inaug. th.* 75. *lit. a.* diſtinguit inter tenorem privilegiorum, qui inprimis inſpiciendus, utrum de lite indefinitè, vel de cauſa principali definite loquatur, e. g. ſo die Haupſach / vel ſo die Sach; illa enim verba ipſam tantum ſortem, hæc vero omnem petitionem comprehendere. *Alciat. in l.*

cauſas

cauſas. n. 4. C. de Tranſact. inde concludit, quod in priore, cumulatio ipſo privilegio ſit excluſa & prohibita; in poſteriore vero caſu habeatur permiſſa. *arg. l. 10. §. 1. ff. de appellat.* & hac ſuppoſita diſtinctione, præjudicia diſcrepantia, quæ opponuntur, Cameræ benè conciliat *Gulielm. Scipio deciſ. Camer. lib. 3 tit. 47. Tileman. de Benign. in obſervat. Camer. Pentecoſt. 2. obſerv. 36.* & *Pentecoſt. 3. obſerv. 14. Blum. in proceſſ. Camer. tit. 46. n. 13.* Sic XXXII.
quoque verius eſſe exiſtimo, quod licet ex variis ſummis ſumma principalis procedat, nihilominus tamen ex una ſententia ſeu condemnatione ea deſcendat, neceſſe ſit: uti præjudicia Cameræ adfert *Mynſing. 5. Cent. 83. obſerv. n. 4.* & *Dd. commun.* docent per *l. 10. ff. de Appell. l. 19. §. 1. ff. de juriſdict.* vid. *Rumelin. ad Aur. Bul. part. 2. diſſ. 2. th. 11.* & alii plures, in hanc ſententiam ab ipſo allegati Authores. In dubio autem, utrum ſumma privilegio conformis ſit nec ne? appellans jurare tenetur, quod malit tantâ ſumma carere, quam interpoſitæ appellationi renunciare, *arg. part. 2. Ordin. Cam. tit. 31. §. 8.* und ſonderlich. vers. und wo ein Zweifel. *Paul. Webner. Tom. 6. Symph. in proœm. fol. 4. Blum. in proceſſ. Cam. tit. 46. n. 14.*

De *cauſis Criminalibus* intricatior paulo res eſt, non quidem propter jus Civile, quod hactenus expreſſe patet. *fac. l. 6. ff. de appellat. l. 6. §. 3. l. 14. & l. 29. C. eod.* ſed præſertim propter mores Imperii noviſſimos & modernam praxin, ſiquidem quoad hanc, an & quatenus in criminalibus appellare conceſſum vel prohibitum ſit? æque inter omnes non convenit. Quamvis quod judicium Cameræ Imperialis attinet, certum ſit, ad hoc in cauſis criminalibus, corporis pœnam afflictivam inferentibus, ex prima inſtitutione, & hinc perpetua obſervantia, appellationes interponere permiſſum non eſſe, nec interpoſitas recipi, per *Receſſ. Imp. de anno* 1530. §. Item als etliche Zeit &c. & clarius per *Ordinat. Cam. part. 2. tit. 28.* §. Item Nachdem auch: ex ratione fortè hac, quod alias ob cauſarum in ſummo hoc Tribunali multitudinem & proceſſus prolixitatem, non raro morte reorum interveniente, plerorumque delictorum impunitas metuenda eſſet: Secus tamen videtur comparatum eſſe, ſi nullitas proceſſus ſimpliciter deducatur, & cum delictis quæ pœnam ordina- XXXIV.

XXXIII.

riam certam, eamque corporalem non habent, ſed judicis arbitrio relinquuntur, an corporali vel pecuniaria pœna accuſatum plectere velit? tum enim appellatio ad Cameram non excluditur; modo cauſæ pecuniariæ in ſe & ſua natura tales ſint, & judex non ex gratia, ſed ex jure, pœnam corporalem in pecuniariam mutarit, uti hæc variis præjudiciis probant Cameralium geſtorum Compilatores, & expreſſus *Text. Ordin. Camer. part. 2. tit. 28. §.* und ſonderlich ſeyen Wir. *Hartm. Piſtor. pract. for. lib. 2. tit. 19. obſerv. 22. Mynſing. Cent. 3. obſerv. 43.*

XXXV. Cæterum, quin hæc Ordinationis Cameralis Sanctio ad ſummum quoque Ampliſſimi Senatus noſtri Majoris judicium, quod præcipuam in tota Republ. authoritatem, cognitionem & executionem graviſſimorum criminum, quæ capitis pœnam merentur, adeoque merum imperium habet, extendi poſſit ac debeat, ita ut negata appellatione in Camera in Criminalibus, negata etiam omnino in hoc ſummo judicio cenſenda ſit, propter univerſalem totius fere Germaniæ conſuetudinem, de qua legendi ſunt *Mynſing. cent. 4. obſerv. 41. & Reſponſ. 59. n. 61. decad. 6. Gail. 1. obſerv. 1. n. 27. & tr. de P. Publ. lib. 1. cap. 20. in f. Paurmeiſter. de jurisd. lib. 2. cap. 4. n. 153.* nemo amplius hodie dubitare poteſt.

XXXVI. Idque de cauſis *Eccleſiaſticis & matrimonialibus* eo magis verificatur, cum in his quoque jurisdictio Cameræ clauſa ſit, nec aditus ad eam pateat, juxta *Gail. 1. Obſerv. 112. n. 17. & Blum. tit. 43. n. 14. de proceſ. Camer.* Sed has omnes & ſimiles cauſas, judicat Reſpubl. Argentoratenſis in Ordinariis ſuis judiciis: civiles vero Camera, quam vocant, Imperatoris Delegata, ſive Auguſtum Collegium Tredecimvirale, tanquam *judex ad quem*, nec ultra conceditur appellatio in definitâ ſuperius ſummâ iis, qui cauſa ceciderunt in Senatibus tàm Majore quam Minore atque judicio Oppidano, aliisque.

XXXVII. Et hi Auguſtiſſimorum Imperatorum loco & nomine ſedentes Delegati judices Camerales, poteſtatem ab illis acceperunt ampliſſimam, graviſſimas quascunque appellationum cauſas cognoſcendi, litigantes preſſius audiendi, momenta cauſarum & numerandi & ponderandi: denique tanquam Principes adumbrati, nodoſiſſima quæque ſolertiſſimè ſolvendi, & ſententia ſua decidendi: Sed loquar

verbis

verbis potius Imp. Maximiliani I. Aug. clementiſſimi, ut ſapientius loquar: ibi. Dann allein an die Dreyzehen Perſonen des alten Raths daſelbſt / ſo die Dreyzehen genand werden / die jetzo seynd/ und künfftiglich daſelbſt ſeyn werden : denen wir auch aus vorgemeldter Kayſerl. Macht hiemit Befelch und Gewalt geben / dieſelbe Appellation an Unſer/ und Unſerer Nachkommen am Riche Römiſchen Kayſeren und Königen ſtatt/ und von Unſeretwegen anzunehmen. Eoque ipſo ergo excluditur judex quicunque ex- XXXVIII. traneus, ad quem alias regulariter appellatio pertineret, nimirum Camera Imperialis: uti prælaudatiſſimus Imperator ſubjecta graviſſima ratione ibidem ulterius docet: Nemblich daß abſurd und ungereumt wäre/ von Einem Kayſerl. Delegirten Gericht an das andere zu appelliren : tantò magis igitur ratio præeminentiæ hujus privilegii hic elucet.

Alias à judiciis & ſententiis omnium Statuum Imperii, ad XXXIX. *Auguſtiſſimum Cameræ Spirenſis Tribunal* regulariter & ordinarie provocatur. *vid. Receſs. Imp. de anno* 1548. §. folgends *circa fin.* ibi. und ſollen Chürfürſten / Fürſten und Ständte ſolchem Unſerem Cammergericht gehorſam leiſten, *Webner. ap. Gylman. in ſymphor Tom. 6. cap.* 8. §. 12. ut ſcilicet jurisdictio, quæ ab Imperatore in inferiores fluxit, rurſus ad Eum, tanquam fontem refluat. *Matth. Steph. de jurisdict. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 3. *n.* 183. adeo ut ne quidem conſuetudo, vel Statutum, ne ad Cameram appelletur, in eadem attentetur. *Gail.* 1. *obſerv. n.* 135. 12. *Mynſing. cent.* 1. *obſerv.* 14. *Roding. lib.* 1. *pandect. Camer. tit.* 23. *n.* 2. *Schvvanman. in different. jur Civil. & Camer. diff.* 16. *n.* 5. niſi ne appellare liceat, privilegia conceſſa ſint. *Receſs. Imp. de anno* 1600. §. Wie auch hiemit. 13. vid. *Petr. Frider. Mindan. de proceſs. lib.* 1. *cap. ult. fol.* 185. *& ſeqq.* latiſſimè *Webner. apud Gylman. in d. Symph. Tom.* 6 *per tot.* Sed & valet contra *judicium Rotvvilenſe, Aulicum, & ipſum Imperatorem*, ut verba privilegii Maximiliani docent. ibi: Und daß wir/ und unſere Nachkommen am Reich/ Römiſche Kayſer und Könige / oder Unſer / oder Ihr Kayſerl. Cammergericht/ oder ander Gericht/ wie es nahmen haben mag : quæ etiam locum habent, ubi ſors principalis excedit XL. ſummam ſupra memoratam non appellabilem ſexcentorum au-

 reorum

reorum Rhenenſium, ſi modo partes appellationi ad Cameram Argentoratenſem delatæ, non contradicant, ſed conſentiant & condeſcendant, ut & hoc caſu ab eadem ad Imperialem Cameram, amplius appellari nequeat. ita enim verba habent. ibi: wo fern auch als obgemeldet / jemands in einer Sach / die über ſechshundert Rheiniſch Goldgulden belangte / an gedachte Dreyzehen Perſonen des alten Raths / als Kayſerliche Delegirte Richter appelliren/ und kein theil darwider excipiren / ſondern die Appellation-Sach daſelbſt erörtern laſſen würde / ſoll es alsdann auch dabey bleiben/ und keinem theil weiter zu appelliren geſtattet ſeyn/ in Erwegung/ daß gedachte partes, in die Dreyzehen bewilliget / und ihr Jurisdiction prorogirt haben. quæ ampliſſima conceſſio, hoc in caſu, privilegium facit illimitatum, & abſolutum, ut qualemcunque ſummam excludat, quod ſanè ad illuſtris Reipubl. Argentoratenſis decus & gloriam non immeritò referri debet.

XLI. Sed & eo privilegii vires ſe extendunt, ut nec *Supplicatio*, nec *Reductio*, vel in dicta ſumma privilegiata, vel extra privilegiatam, conſenſu v. partium prolongatâ, ad ſummum Principem, aut Cameram locum habeat. Nam cum in generalibus privilegiis, de non appellando conceſſis, Doctores diſputent, an etiam ſupplicatio prohibita ſit, *arg. ex l. un. C. de ſent. præfect. prat.* ſumpto, ubi non provocandi; ſed ſupplicandi licentia datur, & regulariter prohibita appellatione, non cenſeatur prohibita ſupplicatio. *l. un. ff. de offic. præf. prat. Auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imp. offerend. Nov.* 11. eodemque modo de Reductione inferant, quod Camera Imperialis non tantùm in ſumma non appellabili, ſed etiam ſi partes Auſtregis gaudeant, adiri poſſit. *Blum. in proceſſ. Camer. tit.* 58. *n.* 10. *&* 12.

XLII. Hinc clementiſſimi Imperatores, ut optimè & pleniſſime inclytæ Reipubl. Argentoratenſi conſulerent, expreſsè & nominatim appoſuerunt de non ſupplicando, & non reducendo: ibi: ohne alle Waigerung/ Appellation/ Supplication und Reduction. Cum enim ampliſſimus Tredecimvirorum ordo excellentior ſit, quam ut iniquam vel injuſtam ſententiam proferendo quempiam gravare velit, ex benigna gratia, contra prælaudatiſſimi ordinis ſententias, Imperatores benigniſſimi extraordinarium ſupplicandi atque reducendi remedium

remedium minimè conceſſerunt, adeo, ut quemadmodum in Cameralibus ſententiis Dicaſterii Spirenſis ſupplicatio non admittitur, ita ad inſtar Cameræ noſtræ Argentoratenſi denegetur. *Ordinat. Cam. part. 3. tit. 51. Rumelin. ad Aur. Bul. part. 2. concl. 29. & Mylerus in addit. ibid.*

Hic vero magis vexatiſſima, quam neceſſaria quæſtio intervenit: An hoc privilegium in *cauſa nullitatis* deſinat? ſeu quod idem eſt, num eò ſe extendat, ut vigore ejus querela nullitatis apud inferiorem judicem commiſſa, prohibita quoque cenſeri debeat? de qua *Andr. Knichen.* adductis variis rationibus, valde animosè pro affirmativa ſententia pronuntiat. *tract. de Saxon. non provoc. privileg. part. 2. cap. 1. n. 100. pag. 443.* eamque noviſſimè amplexus eſt *Aruma. diſcur. 5. ad Aur. Bul. tit. 17.* XLIII.

Contrariam tamen magni nominis JCti aſſeruerunt, & argumentis haud minoris momenti confidenter propugnarunt. ut *Gail. lib. 1. obſerv. pract. 135. n. 5. Buxtorff ad Aur. Bull. concl. 94. lit. d.* Dn. *Beſold. in diſc. de appellat. cap. 22. n. 19. fol. 73.* Nolo tamen hic tàm prolixæ diſputationis ſingula argumenta apponere, cum ea apud *Rumelinum & Mylerum d. l. th. 15.* jam in numerato extent. Sane, ſi fides *Scipionis lib. 2. decis. Camer. decis. 111. n. 20. & Carpzov. in jurispr. forens. part. 1. conſtit. 20. definit. 24.* nos non fallit, in Camera contra Saxonicum privilegium & pronunciatum, & per praxin querela Nullitatis jam olim ibidem recepta eſt. Nihil ergo hic definio, ſed ut impetrantes ejusmodi privilegia de non appellando, impoſterum in hunc quoque caſum ſibi proſpiciant, conſultum eſſe arbitror. *Receſſ. Imp. de anno 1654. §. 115.* und ſtehet dieſem. *& ſeq.* XLIV.

Nihilominus, principaliter in Camera deducta nullitate, vel etiam in cauſis reſtitutionis in integrum, ſumma appellabilis ordinationis requiritur, per *Receſſ. de anno 1570. §.* Ebener maßen & de *anno 1600. §.* Wiewohl nun. *Gail. 1. obſerv. 135. n. 4. Beſold. de appell. cap. 7. n. 2. in fin. Blum. d. tr. tit. 46. n. 39. & tit. 56. n. 3. & 16.* quamvis in arbitrio gravati ſit, an coram judice hujus Civitatis, an vero coram ſuperiore, nullitatis querelam deducere, & reſtitutionem in integrum petere velit. *Gail. 1. obſerv. 127. n. 6.* XLV.

Denique ſi *ſumma excedit* ſexcentos Aureos Rhenenſes, XLVI.

nec

nec victus ad Cameram Argentoratenſem appellationem interponere velit, nihilominus tenetur ſanctiſſimum jurare ſacramentum, vulgo Appellatorium dictum, cujus formam & modum juxta tenorem privilegii præſcribit *Reform. Ordinat. Argentor. pag. 32. & 39.* & hoc ſpeciale in ſe continet, quod cum alias tale jusjurandum regulariter in Camera præſtari debeat, vid. *Receſſ. Imp. de anno.* 1654. §. Zumahlen aber. 118. illud in Republ. Argentoratenſi, tanquam judice à quo, præſtandum ſit. Debet autem aliquis jurare, ſe credere, ſe juſtam fovere cauſam, nec protrahendæ litis ſtudio, ſed ut jus ſuum conſequatur, Cameram appellare, cautione

XLVII. præſtita, de reſtituendis impenſis in caſum ſuccumbentiæ. Cæterum, quicquid contra hæc ſingula attentatur, & innovatur, id omne infirmum, invalidũ & nullius momenti eſſe debet. ibi: wir Vernichten von Kayſerl. Macht/ caſſiren/ erkennen und erklären/ für unkräfftig/ unbündig und untauglich. Melius etenim eſt intacta jura ſervare, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere *Lub.*

XLVIII. *in quibus reſtit. in integr. neceſſ. eſt.* Addo & paucis, quam ***utile ſit hoc privilegium*** Terris Reipubl. Argentoratenſi ſubjectis: Ne enim dicam, quam arcto vinculo conjungat animos ſubditorum inclyto Magiſtratui matura juſtitiæ adminiſtratio: hoc ſaltem moneo, quod hac ratione Cives & ſubditi magnis poſſint carere impenſis *Nov. 50. in Praf.* & moleſtiſſimis procraſtinationibus. Poſſem etiam huc referre, quam tædioſæ lites Camerales, quàm propemodum nullo cum exitu, & tantum non immortales ſint, quamvis multitudo cauſarum, & paucitas Aſſeſſorum, ita referente & judicante etiã *D. Blum. de proceſſ. Cam. tit. 4. th. 14.* multa in his excuſari poſſint. Neque igitur dubitandum, quin hoc privilegium ad ſum̃am Reipubl. Argentoratenſis ſalu-

XLIX. tem, & Civium felicitatem quamplurimum conferat. Hinc Imperatores glorioſiſſimi, ut hoc privilegium inviolabiliter obſervaretur, hanc addidere ſanctionem, ut ſi quis huic fraudẽ ſit facturus, ſciat, hoc admiſſo, non tantùm ſe Imperatoriæ Majeſtatis indignationem in ſe converſurum, ſed etiam mulctatum iri pœna 50. Marcarum auri puri. *ibi in fin. privil.* die ein jeder ſo er frevendlich hierwider thäte/ halb in Unſer/ und des Reichs Cammer/ den andern halben theil aber den obbeſtimpten von Straßburg/ und Ihren Nachkommen ohnablößlich zubezahlen ſchuldig ſeyn ſolle.

PRIVI-

PRIVILEGIUM III.

De Jure Auſtregarum.

REſpublica Argentoratenſis, in cauſis & 1
negotiis ſuæ Civitatis, in prima inſtan-
tia, non conveniator coram judicio Impe-
ratoris Aulico, neque coram Camera Im-
periali, multo minus coram aliis judiciis
extraneis, exceptis cauſis, quæ ſuâ naturâ
illis ſubjiciuntur: Judices autem habeat
ſingulares, tres Civitates, Baſileam nempe,
Wormatiam & Ulmam, coram his omnes
res controverſæ, juxta privilegium & for-
mam Ordinationis Imperii, legitime exa-
minentor, atque decidantor. Exceptis
duobus caſibus, juſtitiæ apertè denegatæ,
vel temere protractæ: Quicunque autem
contra faciunt, gravem Cæſaream indi-
gnationem & offenſam incurrant, nec
non in quinquaginta marcarum auri puri
mulctam condemnentor.

EXEGESIS.

II. TRadidimus, & pro virili declaravimus Illuſtris hujus Reipubl. Argentoratenſis privilegia ſingularia duo, materiam jurisdictionis ordinariæ & fundatæ concernentia, ejusdemque Civibus, incolis & ſubditis competentia, nempe, ubinam hi in prima, aut ſecunda inſtantia, vel ſemetipſos invicem convenire, vel ab aliis Extraneis ipſi conveniri poſſint ac debeant. Quibus nunc inſuper addimus tertium hoc, ad forum ipſius Civitatis ſpectans privilegium, nimirum, coram quo Civitas ipſa in prima inſtantia Actoribus adverſariis ſuis reſpondere teneatur? *Jus*, quod vulgò vocant, *Auſtregarum*, pariter ab Impp. Romano-Germanicis, ex ſpeciali gratia, per privilegium inclytæ huic Reipubl. clementiſſimè datum & conceſſum.

III. De quo etiam nonnihil plenius acturi, nolumus immorari *Nomini ipſi & ejus derivationi*, cum nemo inficiaturus ſit, illud non in Latio, ſed ſolo Germanico natum eſſe, deſcendens à germanico verbo, Außtragen/ *Limnæ. lib. 9. jur. publ. cap. 5. n. 1.* quod ſenſu proprio & grammatico idem eſt & ſignificat, quod efferre, exportare: per metaphoram vero, ad lites & cauſas forenſes translatum; & außtragen dicitur, cauſam aliquam litigioſam cognoſcere, & remotis impedimentis inter litigantes componere, eoſque invicem conciliare, entſtandene Irrungen ſuchen außzutragen / zu vergleichen / und bey zu legen. Inde deducitur nomen Außträge / cujus uſus pariter varius eſt, quatenus noſtris hoc ipſum interdum pro judicio, interdum pro ipſis judicibus, imò etiam pro privilegio vel Ordinatione de Auſtregis uſurpatur. confer *Blum. in proces. Camer. tit. 27. th. 4.*

IV. Et quamvis nonnulli hunc terminum, ceu non latinum, ſed hactenus barbarum eſſe dicant & nauſeent, aliosque invicem ſubſtituant, tùm inſtantiam privilegiatam, tùm judices ordinationis, tùm etiam judices ex conventione; laudamus quidem eos ſuæ induſtriæ & propoſiti, quia tamen hac periphraſi non omnes Auſtregarum ſpecies comprehenduntur, ſecurius eſt verbo hoc uti inſtar nummi, quem ſi uſus approbat & recipit, ſuum conſequitur valorem:

lorem: ita etiam vox Auſtregæ, cum in praxi jam pro legali habeatur, ſtylusque Curiæ, judicii Aulici, nec non Cameræ Imperialis eandem approbet, cur circa illa quidquam citra neceſſitatem & utilitatem innovare debeam, rationem nondum audivi. Cum *Auſtregæ quid ſint*, ex ipſo earum in Imperio Romano Germanico uſu & rerum argumentis, ſatis evidenter appareat: nempe legitima rei, cum nonnullis Statibus Imperii controverſæ, coram immediatis nonnullis Imperii membris, in prima inſtantiâ electis, diſceptatio. Et haud inconvenienter *dividi* poſſunt in Legales, Conventionales, & Privilegiatas. Illæ, ab Imp. Maximiliano I. & ipſa Lege ſeu Conſtitutione Imperii originem trahunt. *Ordin. Cam. part. 2. tit. 2. & ſeqq. anno* 1495. introductæ, atque in Comitiis Auguſtanis *anno* 1548. & 1559. repetitæ, adauctæ & confirmatæ, certis Imperii Ordinibus conceſſæ. Alteræ, ſine Lege ex nuda conventione, conſuetudine ſeu uſu, ab immediatis quibusdam Imperii Statibus, ante Conſtitutionem Maximiliani Imp. uſurpatæ, poſtea à prædicto Cæſare adauctæ & confirmatæ ſunt. V.

Hinc juxta præcipuas ſpecies, willkührliche/ bedingte/ Stamm- und Erb-Außträge appellantur: & hæ viciſſim poſſunt eſſe duplices, aut incertæ, compromiſſoriæ ſive arbitrariæ, ubi Principes inter ſe litigantes, in quasdam compromittunt, & ſe illarum compoſitioni obtemperaturos pollicentur; quæ inter Principes frequentes ſunt, ut videre licet apud Hiſtoricos: quomodo Comites Mansfeldenſes de finibus & hæreditate diſceptantes, Lutherum pro arbitro elegerunt: *Thuan. lib.* 2. de Cattorum ditione Palatinus, Würtenbergicus & Clivenſis honorarii dati arbitri. *Thuan. lib.* 16. vel certæ, quas hactenus definivimus, quales inter Regnum Bohemiæ & Domum Saxoniæ *anno* 1587. *d.* 24. *Octobr.* Pragæ, nec non inter Domus Saxonicam, Brandenburgicam atque Haſſiacam conſtitutæ ſunt; plura tamen huc facientia exempla vid. apud *Schubhard. in tr. de Auſtreg. cap.* 8 Poſtremæ denique ex ſpeciali privilegio Cæſareo deſcendunt, ac ſecundum formam & normam inſtrumenti datam, ſtrictiſſimè accipiuntur: ad quam Auſtregarum ſpeciem hoc privilegium Reipubl. Argentoratenſis quoque pertinet. VI.

Ne igitur hujus eximii & ſingularis beneficii *Anthor*, *Conditorque* penitus ignoretur, noviſſe oportet, hunc eſſe Sigiſmundum Imp. ſemper Auguſtum, Principem glorioſiſſimæ & celebratiſſimæ memoriæ, de Sacro Romano Imperio, ejusque Statibus; inprimis vero de hac Republ. ob hujus in S. Cæſ. Majeſt. merita, gratias, immunitates, prærogativas & privilegia alia liberaliſſime & benigniſſime conceſſa, perpetuo venerandæ. Etenim inter quam plurima alia Ejus beneficia, hæc etiam recenſeri debent, Jus ſuſcipiendi & protegendi bannitos & proſcriptos Imperii: jus celebrandarum Nundinarum ſolennium; vectigal in ponte Rhenano imponendi & exigendi: imò etiam Confirmatio omnium reliquorum beneficiorum & privilegiorum, à glorioſiſſimis Impp. anterioribus huic Reipubl. Patriæ conceſſorum, Aureâ Bullâ ſatis pretioſe munita, clementiſſima ſimul, & ſplendidiſſima: quam ſucceſſores etiam in Imperio Augg. Fridericus III. Maximilianus I. Carolus V. Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolpus II. & Ferdinandus II. de verbo ad verbum benigniſſime repetierunt, ratificarunt, extenderunt & declararunt. *Cavere* autem laudatiſſimus Imperator hic voluit, ne ex offenſionibus, inimicitiis, diſſidiis & diffidentiis, Principes inter, Comites, Barones, Nobiles, interque Civitates Imperii intercedentibus, majus inde detrimentum, vel exitium in Ipſum Imperium Romanum redundaret, ſive ut ſonant verba Imperatoris: ibi. Darumb haben wir mit Unſern Kayſerl. Gnaden genädiglich darin geſehen / umb daß deßhalb kein ander Unwill / oder Jrrung / oder Zweyung zwiſchen denſelben und der Statt Straßburg aufſtünde. Nec hæc fortaſſis ſola cauſa fuit; ſed plures adhuc aliæ hic adduci & induci poſſent. Nam ideo etiam conceſſa ſunt, ut eo citius lites finirentur, ne Judicium Aulicum Cæſareum, vel Camera Imperialis nimium hujusmodi cauſis onerentur, ut pares conditione, pares haberent judices, ac denique, ne immediati Status deterioris conditionis eſſent mediatis Imperii Civibus & ſubditis, qui jura ſua diverſis judiciis & multis inſtantiis urgere, & per incuriam omiſſa, aut per injuriam rejecta recuperare poſſunt.

VIII.

IX. Conſtituunt autem & hoc judicium, Actor, Reus & judex:

judex : quorum vel uno deficiente , vel illegitimo & inhabili exiſtente, totum judicium corruit, nullumque efficitur. *cap.* 10. *forum. X. de V. S.* uti autem Actor Rei forum ſequi tenetur, *l.* 2. & 5. *C. de jurisdict.* & alias hunc primo & principaliter judicium concernat ; ita privilegii hujus *ſubjectum paſſivum* eſt Auguſta, Libera, & immediata Sacri Romani Imperii Civitas Argentoratenſis , ſi in cauſis ſuæ Civitatis convenitur. Cum enim Liberæ Imperiales Civitates regulariter jus Auſtregarum active tantùm ex Lege habeant, ut Principes, Comites, Prælatos , & Nobiles immediatos coram Auſtregis ſuis convenire queant : non etiam paſſive, ut Ipſæ quoque coram ejusmodi judiciis conveniri poſſint , quod quantum memini, pleríque ſcriptores jurispublici ſua ſponte fatentur : ideò & tanto magis opus fuit hoc privilegio , quantò illuſtrius & excellentius eſt, quod plurimæ Civitates Imperii ſint, quæ ſimili jure hactenus non gaudent. *Activum vero ſubjectum* ſunt Actores, hoc eſt, qui actiones adverſus Eam proponere, Eamque convenire ſatagunt. X.
l. 13. *l.* 29. *ff. de judic. l.* 8. *cum ſeqq. de Accuſat.* qui in ſpecie in noſtro privilegio dignitatis conditione indicantur, & vocantur Principes, Comites, Barones, Nobiles, Civitates, & quicunque alii, ibi : alſo wäre / daß Jemands / es ſeye Fürſte / Grave / Herre / Rittere / Knechte / Städte / oder Jemands anders / wer der wäre : & quamvis nomen Principis in ſpecie tribuatur quibusdam, qui neque Duces, Palatini, Marchiones, ſed Principes tantum ſunt , vid. *Hodeget. Jur. Conſultiſſimi Dn. Jo. Rebhann, antea cum honoris præfatione nominati, in edit noviſſ. pag.* 67. *& ſeqq.* attamen ſub dicto nomine , non ſolum Principes ſimpliciter ita dicti ; ſed etiam qui Principum dignitate , vel majore , vel pari XI.
præfulgent, hoc loco intelliguntur : quod ex Imper. Caroli V. & Ferdinandi I. ut & II. nec non Maximiliani II. & aliorum Impp. confirmationibus, harumque verbis univerſaliſſimis, ſatis evidenter apparet, quæ hos omnes , cujuscunque conditionis & præeminentiæ ſint , comprehendunt, ibi : wir wollen auch nicht geſtatten / von Unſerer Kayſerl. Macht / daß Jemands / was Stands oder Staats der ſey / geiſtlich oder weltlich Perſon : alibi,

Und ſoll auch darauff jeglicher Hoher oder Niedriger/weß Stands/ Würden/ oder Ehren der ſey / der mit der Statt Straßburg zu thun
XII. hätte oder gewinnte. Subjectum ergo activum ſunt non tantùm quicunque Status Eccleſiaſtici & ſæculares, primi, ſecundi, vel tertii ordinis, Electores, Principes, & quicunque Principali dignitate illuſtres, Prælati etiam, Comites, Barones, Nobiles, & Civitates: verum etiam mediati, tùm alterius cujusdam Principis & Magiſtratus, tùm hujus ipſius Civitatis Cives, incolæ, forenſes, plebeii, ac alii privati & ſubditi; modo excipiantur Banniti, quorum omnes obligationes, ex quibus erga alios actiones habere poſſent, invalidæ ac mortuæ ſunt, nullasque actiones inſtituere poſſunt, imò ne anteà quidem inſtitutas proſequi. *Gail. lib. 2. de P. Publ. cap. 12. n. 2.* per amiſſionem enim juris Romani perſonæ eorum inhabiles fiunt ſtandi in judicio. *ibid.*
XIII. *n. 7. & 8.* De *Peregrinis* quidem, qui juriſdictionem Imperii omnino non agnoſcunt, ſed extra limites & fines ejus domicilium & bona poſſident, dubitatum aliquando fuit, num privilegium noſtrum de Auſtregis hos etiam ad obſervantiam obſtringat? Sed uti veritati magis conſentaneum eſt, ut adverſus hos quoque privilegium hoc militet; ita etiam inclyta Reſpublica olim jam in hoc caſu obtinuit, ex rationibus certiſſimis & graviſſimis: non tantùm, quod ratio beneficii concedendi in his eadem ſit, quæ in aliis actoribus, & quod hoc privilegium generaliter, & indiſtinctè loquatur, nullum inter Indigenas & Extraneos faciens diſcrimen, ergò generaliter & indiſtincte accipiendum;
XIV. verum etiam, quod parum ab abſurditate abſit, dicere, Indigenas in oppoſitione ad Extraneos, in Imperio noſtro hactenus deterioris; Extraneos vero in oppoſitione ad Indigenas, melioris eſſe conditionis: inprimis etiam quod valde inconveniens ſit, jurisdictionis formam mutare ob alterius in aliena provincia degentis perſonam *l. 1. C. ubi in rem act. exerc. deb.* cum omnibus conſtet, quoscunque Imperii Cives, ſive immediatos ſive mediatos, ſi quem in Hiſpania, Gallia, Anglia, Dania, Suecia aliisque regnis convenire velint, quodvis cujuscunque Rei forum ſequi teneri: *arg. l. 2. C. de jurisdict.* ſi ergo idem jus in ipſos

ipſos ſtatuitur, an non æquiſſimum erit? *arg tot.tit. ff. quod quisque jur. in alter.* conferatur *Georg. Schubh. tr. de Auſtreg. cap. 4. n. 5. & ſeqq. & Rumelin. ad Aur. Bul. part. 2. Differt. 1. concl. 4.*

Supereſt Tertia Perſona hujus Judicii Auſtregalis, *Judex ſcilicet,* qui hîc ſunt tres illæ Civitates, antiquitatis gloria, ſimul & amplitudine meritorum, in Imperium collatorum, inclytę, Baſilea nempe, Wormatia, & Ulma. Ubi notandum primo, quod non ſit amplius meri ipſarum arbitrii, utrum velint eſſe judices: ſed converſum hoc eſſe dico à Divo Imperatore Sigiſmundo in aſſiduam juriſdictionem & neceſſitatem juris: ita enim verba habent dicti privilegii. Die ſich auch ſolcher Sach ohne Waigerung/ſine recuſatione, annehmen ſollen/ daß wir von Kayſerl. Macht ernſtlich gebiethen mit dieſem Brieve. XV.

Utrum vero hæc jurisdictio Judicibus Auſtregarum competens, ſit *ordinaria & propria, an vero mandata ſive delegata?* acerrrimè inter Doctores controvertitur, atque in utramque partem ſpecioſa inducuntur argumenta, interim quid ſtatuendum ſit, videtur tutiſſimum cum Pomponio reſpondere, non liquet, *in l. 36. ff. de Re judic. l. 13. §. fin. ff. de Recept. qui arbitr. receper.* ſi quid tamen in me eſt ingenii, perſpectis ac invicem diligenter collatis hinc inde argumentis, verior mihi videtur ſententia, quæ pro Ordinaria concludit, quam etiam propugnant *Oldendorp. de Exception. tit. de except. declinat. ad verſ. juriſdict. n. 26. Schrader. de feud. part. 10. ſect. 3. n. 80. Bocer. in tract. de jurisd. cap. 7. n. 26. Ummius in proceſſ. diſp. 4. th. 41. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap 8. n. 62. Rumelin. ad A. B. part. 2. diſſ. 1. concl. 6. Myl. ibid. latè Limnæ. lib. 9. jur. publ. cap. 5. n. 49. & ſeqq. Schubhart. in d. tr. de Auſtreg. cap. 6. n. 172. & ſeq. cum Blum. in proces. Camer. tit. 27. th. 12. & ſeq.* Nolo autem hic in repetendis iis, quæ alii bene & prolixe jam antea tradiderunt, me ſtudioſum exhibere, quin potius B. Lectorem ad laudatos dimittere, eique verba noſtri privilegii notabilia, cum judicio penſitanda oculis ſubjicere; ibi. Und haben alſo mit gutem Rath unſere Fürſten Herren und Getreuen/ die jetz bey uns waren/ derſelben Statt Straßburg dieſe nachgeſchriebene Stätte / benand und beordnet. XVI.

Sed

XVII. Sed hoc potius altero loco nunc obſervandum eſſe videtur, quod hæc jurisdictio Auſtregalis, tribus prædictis Civitatibus competens, ſit *Dividua, non individua*: ſiquidem non ut univerſæ conjunctim, ſed ut ſingulæ ſeparatim hic conſiderari debent. Hinc una ex his, à ſuperiore judice requiſita, vel à Reo nominata, jurisdictionem ſuam in ſolidum ſine reliquis, exercere poteſt & debet, quod apertè demonſtrant notatu digna privilegii verba: ibi. ſo ſollen Sie dieſelbe für der Dreyer Stätte Eine wieſen/ und ſollen auch ſie ſich gegen den von Straßburg daſelbſt begnügen laſſen/ und Sie darüber zu andern Rechten nit treiben noch tringen / in keine weege / ohn alle Gefährde. quamvis de eo non amplius dubium ſuperſit, quod quælibet per ſe jus habeat cauſas ſibi concreditas aliis ſubdelegandi, quippe quæ licentia omnis jurisdictionis, ſeu principalis ſeu vicariæ nomine veniat, eſſe dicitur. *l. 12. ff. de judic.* §. 1. & plerumque per ſubdelegatos i. e. ſuos Conſiliarios cauſas expediunt. *Jo. Meiſchner. Tom. 3. deciſ. 33. n. 4. Rutger. Ruland. de Commiſ. lib. 3. cap. 5. n. 32.*

XVIII. Præterea veriſſimum quoque eſt, *jurisdictionem Cameræ Imperialis* primario & principaliter Auſtregarum privilegiis *limitari. fac. Ordin. Camer. part. 2. tit. 27. Frider. Mindan. de proceſ. lib. 1. cap. 16. n. 1. Limnæ. l. 9. cap. 5. n. 18. Blum. d. lib. de proceſ. Camer. tit. 26. th. 39.* ad cujus rei majorem evidentiam, profero inſuper verba privilegii Imp. Caroli. V. ſacratiſs. mem. extenſiva & declarativa, ibi: Auch alſo/ daß Niemand in Erſter Inſtanz an Unſerm Kayſerl. Cammergericht die Statt Straßburg furnehmen ſolle.

XIX. Quod uti omnibus ſemper fuit probatum, ita utrum eodem quoque modo *jurisdictio judicij Cæſarei Aulici reſtringatur*? ſive, an privilegiis primæ inſtantiæ non obſtantibus, Civitas Argentoratenſis in Aula Cæſareà immediatè jure conveniri poſſit, quæritur? dubium exinde oritur, quod de aliis Imperii Ordinibus affirmativam prolixè defendat *Tob. Paurmeiſt. de jurisdict. lib. 1. cap. 4. n. 139.* quem *Dan. Otto ſequitur in diſſert. jur. publ. cap. 17. pag. 554.* Contra negativam probent *Remking. de Regim. Sec. & Eccl. 2. 2. 16. 9. Schütz. d. l. n. 12. lit. d. Limnæ. d. l. n. 32. Rumelin. ad A. B. d. concl. 2. Blum. d. th. 11:* & qui alii plures

res: non tantum, quod eadem hic circa Aulam Cæſaream, quæ circa Cameram Imperialem militet ratio, quodque Privilegia Principis latiſſime contra ipſum ſint interpretanda; verum etiam, quod Judices Auſtregarum ab Imperatoribus & Statibus Imperii per viam contractus ſint conſtituti. *vid. Dn. Myler. ab Ehrenbach. part.1. cap.20. n.42. de Princip. & Statib. Imp. Rom. German.* & quos ibi laudat Authores & Doctores. Licet autem harum rationum robur Limnæo, & aliis, haud ſatis validum ſit viſum, & propterea ad mentem Imperatoris reſpiciendum eſſe monuerint; arbitror tamen nec eousq; progredi opus eſſe, aut quid in *Ordin. Camer.* de hoc habeatur, primario diſquirere, cum verba privilegii Maximiliani II. Aug. hactenus plusquam ſint clariſſima. ibi: ſonderlich obbegriffen/weyland Unſers Vorfahrens/Kayſer Sigmunds löblicher Gedächtnus/Ihnen gegebene Freyheit alſo zu erlautern/daß Niemand die Statt Straßburg in erſter Inſtanz an unſerm Kayſ. Camergericht/noch Hoffrath fürnemmen möchte. *ſub d.* Augſpurg den 1. *Junij anno* 1566. nec non confirmationes horum verborum datæ à Rudolpho II. Aug. mem. *ſub d.* Augſpurg *d.* 20. *Auguſti* 1582. & ab Imp. Ferdinando II. glorioſiſs. *ſub dato* Wien *d.* 25. *Junij anno* 1621. XX.

Satis itaque, ni fallor, inclyta hæc Reſpublica ſuo privilegio tuta & ſecura eſt, quicquid alii in contrarium diſputent, praxis etiam negativam imperio ſuo appropriare velit. Nov-antiqua enim querela eſt, quod Status Imperii, neglecto Auſtregarum judicio, per noviter impetratas Commiſſiones Cæſareas Aulicas nimium graventur apud *Meiſchner. Tom. 4. deciſ.* 4. ita ut hæc quoque inter gravamina Statuum Imperii *anno* 1613. relata fuerit, uti teſtatur *Goldaſtus in Imperial. part.* 25. *cap.* 4. adde quæ refert perſonatus ille *Ph. Andr. Burgoldenſis part.2. diſcur.19. n.19. Notit. Rer. Imp. Rom. Germ.* ſed in noviſſimo Imperii Receſſu de *anno* 1654. §. benebens ſollen Cammerrichter/ 105. de his judiciis ita conſtitutum legitur, ut Aſſeſſores in decernendis proceſſibus ſtricte illa obſervent, ibi. ſollen die erſte Inſtanzen und Außträge/bey Erkennung der proceſſen, fleiſſig in acht nehmen/ was dargegen vorgegangen wieder abthun / fürs künfftige die violatores dergleichen erſten Inſtanzen mit geziemender Straff pro arbitrio judicis anſehen. Nondum ergo tota Auſtregarum elanguit authoritas, licet nonnunquam irriti eventus contige- XXI.

 rint.

rint videatur nova additio de Auſtregis, in *Inſtrum. Pac. Cæſ. Suec.*
XXII. *art. 5. §. 55.* & *Capitulat. Leopold art. 32.* Imò, licet alias vera ſit opinio *Jac. Blumij tit. 27. th. 11. d. lib. de proceſs. Cam.* dicentis, quod *Judicium Rotvvilenſe* attinet, ab eo ad Cameram vel Aulam Cæſaream appellari, atque ita ceſſare rationem inductivam Auſtregarum, ac conſequenter hoc privilegium ad illud non eſſe extendendum: attamen poſtquam glorioſiſs. Imp. Sigiſmundus generaliter ſemel excluſit, non tantùm judicium Rotvvilenſe, ſed quæcunque alia extranea, ibi: für kein Landgericht/ Hoffgericht/ oder kein ander End noch Gericht/ wie die genand werden/ fürheiſchen. ut eodem modo impoſterum quoque, & perpetuo hæc cum illo excluſa maneant, ſpecialis ratio hujus privilegii exigit, atque docet: exceptis prædictis illis Civitatibus, quæ in prima inſtantia Reipubl. Argentoratenſis, in cauſis ſuâ natura non exemptis, judices conſtituti ſunt.

XXIII. Cæterum, quoad *cauſas* ad Auſtregas pertinentes, hęc tenenda eſt regula: Illas ſtrictiſſimi juris & interpretationis eſſe, ac præciſe in ſua qualitate cōſiderari, obſervariq; debere. *Magenb. ad Ordin. Camer. part. tit. 5.* reliquis diſpoſitioni juris cōmunis & Cameralis relictis. Exinde itaq; concludo: cauſas *Civiles* ſive ſint perſonales, ſive reales, coram Auſtregis ventilandas eſſe, & uti de illis nunquā fuit dubitatum, ita ne de his quoque dubitetur, ipſa univerſalitas verborum & generalitas, Sachen halb Ihre gemeine Statt betreffend/ facile oſtendit & evincit, cujus quippe hæc eſt natura, ut o-
XXIV. mnes ſpecies includat, nullam excludat; *Zabarella conſ. 99. n. 1.* tantum enim operatur quoad omnia, quantum ſpecies quoad ſpecialia. *Gravet. conſ. 109. n 6. & conſ. 245 n. 9.* adeo, ut & *feudales*, quando ſcilicet earum cognitio ordinarium forum ſortitur, hic comprehendantur. *Schubh. d. Lib. de Auſtr. cap 5. n. 137.* quæ alias pro diverſitate facti, diverſos ſortiuntur judices. vid. *Gail. 1. obſerv. 29. Frider. Mindan. de proceſſ. lib. 1. cap. 44. n. 3. Ziegler. in concluſ. 1. §. Außtrage n. 31.* Cauſæ vero *matrimoniales* non cadunt hic in hujus objecti qualitatem & aptitudinem, propterea & rectius easdē in medio relinquo. Secus comparatum eſt cum cauſis *criminalibus*, ſiquidem Univerſitas criminaliter quoq; teneri & conveniri poteſt, ut *Dd.* docent *ad tit. ff. quod cujuscunq; univerſ.* ibique

Weſen-

Weſenbec.in *r.* *n.6*. Verum arduæ admodum quæſtionis eſt, num in his quoque judices Auſtregarum adeundi ſint? Tuetur hic negativam cum *Schubhardo* , *Beſoldo*, *Runzelino & aliis pluribus Dn. Cancel.Schüz in jure publ.vol.2.diſp.3 n.13*. Contra, affirmativæ adſtipulantur. *Frid Mindanus*, *Ummius*, *Leipoldus*, *Stephanus*, *Arumæus*, *Zieglerus* & omnium maxime *Dn Limnæus in jure publ.lib. 9 cap.5.n.63 & ſeqq.* verum, cum hic caſus ſit ex rariſſimis contingentibus , cujus deciſio ex facto ipſo potiſſimùm deſumenda eſt, ſequor hac vice exempla & veſtigia JCtorum , qui talia ſilentio præterire ſolent *fac.l.3.& 6.ff.de LL.* XXV.

Attamen jurisdictio horum Judicum privilegiatorum ſatis ampla & favorabilis eſt , adeo ut hinc ſecurè inferre liceat, eandem quoque *prorogari* poſſe. *Vultej. ad l. 1. C. de jurisdict. Fr. Mindan. in proceſ lib.1. cap.16. n.10. Limnæ.d.cap. n.56.* & *Reconventioni* coram iis locum dari: Nam in judiciis æqua lance certandum eſt. *l.fin.C.de fructib.& lit.exp.* nec reſpectus perſonarum habendus *cap.in judiciis 12.de regul.jur in 6to.* præterea valde hanc ipsā urget reconventionis æquitas inductiva , utpote in jure naturali radicata, & in jure Civili ab Imperatt. approbata *l. 14. C. de ſententiis & interlocut.* quæ certè non minus in Auſtregis, quam in aliis judiciis militat: cujus enim in agendo actor arbitrium obſervat, eundem in eodem negotio judicem habere debet. *l. 3. in fin. ff. mandat. & tot. tit quod quisq, juris in alterum ſtatuerit.* adeo, ut illos, qui hoc negare audent, ineptos appellet *Limnæ d.l.n.15.* certe non prohibetur reconventio in noſtro privilegio, quin ergo jus commune hic quoque obſervandum ſit, nemo facile diffitebitur. XXVI.

Sed hoc magis quæritur, num ſubditi, ***extra judicialiter à Magiſtratu ſuo gravati***, ad Cameram appellare poſſint? an vero ad Auſtregas provocare debeant? & deciſum ſane eſt à Dnn, Cameralibus, tales appellationes non eſſe recipiendas contra Eos, adverſus quos Camera immediatam jurisdictionem non habet , referente *Mynſing. Cent. 4. obſerv.* 43. addita ratione, quod hæ appellationes tantùm ſint provocationes ad cauſam coram ſuperiore judice , ad quem provocati venire tenentur , proponendam atque decidendam: ſicut ergo proximus judex hujus Civitatis non eſt Camera Imperialis, ſed judcies Auſtregarum; ita neque XXVII.

eo citari, nec in hoc caſu appellatio ad eam devolvi poteſt. vide plura in hanc rem conſtituta in *Senatu Deputat. anno* 1586. inque *Comitiis Ratisbonenſ. anno* 1594. §. wañ aber von gemeiner: 93. & 94. ibi. daß die Obrigkeit tanquam pars und als ein Widerſacher nicht gerichtlicher weiß gehandelt / dieweil zu ermeßen / daß hierin mehr ſimplex querela, dann die Appellation ſtatt habe / ſollen ſolche Sachen an Richter Erſter Inſtanz gewieſen werden : quibus bene congruunt, quæ *Gail. tradit.* 1. *obſ.* 120. *n.* 1. & *ſeq. Th. de Benig. Obſ. Cam. Imp. Pentec.* 3. *Obſ.* 29. & *Erneſt. Cothm. vol.* 2. *concl.* 55. *n.* 107. &
XXVIII. *ſeqq. Reinking. de Reg. Sac. & Eccl.* 2. 2. 16. 23. Verum enim vero, ne deciſio judicis, atque ſic totus proceſſus reddatur eluſorius, ipſa neceſſitas efflagitat, ut ſententia executioni mandetur. quæritur ergo hic, utrum *executio* judicibus Auſtregarum, an vero Cameræ, vel judicio Imperatoris Aulico competat? Auſtregis eam committendam eſſe opinatur *Schubh. d. tr. cap.* 6. *n.* 202. ex hac potiſſimum ratione, quia cum in ſola cauſa ſpolii ob ſummum ſpoliati favorem, executio Cameræ demandetur. *Ordin. Cam. part.* 2. *tit.* 8. §. ſo das Urtheil 8. hoc ipſo in reliquis cauſis, Auſtregis executionem conceſſam, ac conſequenter ſecundum jus comune
XXIX. de iis judicandum eſſe, per text. *d. Ordin. part.* 3. *tit. fin.* Contrarium vero aſſerunt & defendunt *Gail.* 1. *obſ.* 1. *v.* 52. *Mindan. cap.* 19. *n.* 1. *de proces.* & *Blum. tit.* 27. *in proces. Cam. th.* 204. & quidem ex hac ratione, quod Conſtitutio de Auſtregis ſtricti juris habeatur, atque ad non expreſſa extendenda nō ſit. Neſcio, an non media ſententia, quod pace tantorū Virorum dixerim, locum hic inveniat? ita nimirum, ut ſi judex Auſtregarum par ſit & ſufficiens ad exequendum, is ipſe pari modo, ac Pares Curiæ in cauſa feudali, executionem per agat. *Vultej. lib.* 2. *cap.* 3. *n* 29. ſin minus, Judex ſuperior Ordinarius, Camera vel Imperator implorandus erit. *Dn Schüz. vol.* 2. *jur. diſp.* 3. *n.* 15. *lit. f.* De cætero, cum hoc ipſum privilegium in maximum favorem Civitatis ſit introductum, nullus dubito, quin eo uti & non uti poſſit, ſecundum diverſos caſus, tempora, & perſonas.

XXX. *Ceſſant* autem hæ privilegiatæ inſtantiæ, tùm ratione Perſonarum, jurisdictionis denegatæ vel temere protractæ, ſi nimirū præſtitutum tempus in adminiſtratione juſtitiæ non obſervatur. ibi:

Es wäre dann Sach/ita verba privilegii ſonant, daß dem Cläger/ der gegen den von Straßburg / von gemeiner Sach etwas zu ſprechen / von den Richtern der Ehegenandten Stätten Recht verſagt / oder gefährlich verzogen würde. Non tamen cauſa propterea ſtatim ad Cameram devolvitur, ſi judex negligenter in cauſa procedit, vel in ea amplius procedere recuſat: cum iniquiſſimum eſſet, ob negligentiam vel malitiam judicis, actorem vel Reum, hac inſtantia & privilegio defraudare velle: Sed adverſus talem procedi poteſt per promotoriales, vel mandata cum, aut ſine clauſula. *Magenh. ad Ordin. Camer. part. 2. tit. 8. Blum. in proces. Cam. tit. 27. th. 85.* quod ſi tamen nihilominus adminiſtrare juſtitiam recuſaret, actor alium judicem, modo non incompetentem, adire, ſimulque petere poteſt, ut jus & juſtitia ex integro & de meliore modo ſibi adminiſtretur: Tùm ratione rerum & cauſarum, XXXI.
quæ ſua natura Cameræ ſubjiciuntur, in quibus non obſtantibus Auſtregarum privilegiis, immediati ſtatim ad Cameram evocari poſſunt: juxta Ferdinandini privilegii tenorem, ibi: Es wären dann Sachen die Ihrer Art nach dahin gehörig. Sunt antem cauſæ hæ non tantùm generales, ſed etiam ſpeciales, & ſpecialiores: collectæ à *Knipſchild lib. 2. cap. 33. th. 112. & 142. cum ſeqq. in tract. de jur & privil. Civit.* breviſſimis modo dicam, cauſas illas principaliores eſſe, fractæ pacis, fiſci Imperialis, violati privilegii Cæſarei, continentiæ cauſæ, mandatorum, relaxationis juramenti ad effectum agendi, Legis diffamari, litigioſæ poſſeſſionis, pignorationis & arreſti, quas ſingulis titulis feliciter abſolvit, *JCtus, & practicus celeberrimus, Dn. Jac. Blum. in tr. de proceſ Cam. à tit. 27. uſq. 43.* Abſolutis autē hoc modo, Divina aſſi- XXXII.
ſtente Gratia iis, quæ ad declarationem Trium horum privilegiorum facere videbantur, unicum, idque non minus ſcitu neceſſarium, coronidis loco, quo priora firmius validiuſque obſignem, reſtat. Nimirum, poſtquam nonnulli aliquoties in tantam temeritatem & audaciam prorupti erant, ut hanc inclytam Rempubl. Argentoratenſem, tàm in prædictorum, quam reliquornm privilegiorum poſſeſſione, exercitio, uſuque turbare, adeoque Sacræ Cæſareæ Majeſtatis jus ac poteſtatem ſusque deque habere, & quæ ab Eâ impetratæ datæque erant Gratiæ, impugnare,

aut

aut ſigillare conarentur, ab inclyto hujus Reipubl. M... pro Conſervatoribus ſibi impoſterum adverſus turbatores & violatores eorundem conſtituendis, Maximilianum I. Imperatorem Auguſtiſs. memor. ſubmiſſimè implorandi, ſuſceptum eſt conſilium: quod tantâ clementiâ prælaudatiſſimus Imperator approbavit, ut precibus ſibi humillimè factis, benignè ... & quidem ſpeciali aliquo honorificentiſſimo privilegio an...ret; cujus ſumma, in gratiam Benevoli Lectoris, ſub his verbis à me annectenda fuit.

XXXIII. Cum Civitas Argentinenſis querelose ad nos referret, ſibi à nonnullis in præjudicium ſuorum privilegiorum, Conſtitutionum, Conſuetudinum, Iuriſdictionum & Regalium, non tantum fraudes attentari, ſed etiam temerario auſu uſum illorum & vigorem in quantum fieri poteſt, auferri, in quo maximam pateretur injuriam, & tàm publicum quam privatum grave detrimentum: ad juſtam ejus petitionem, inſpecta etiam illius probitate, fidelitate, & apertiſſimis, quæ toti Imperio & Nob... hactenus conſtanter exhibuerunt, meritis, de plenitudine noſtræ poteſtatis, nulli ſive ſit perſona Eccleſiaſtica ſive ſæcularis, permittimus amplius privilegia prædictæ Civitatis quocunque modo infringere, periclitari, multo minus evertere aut penitus abolere. Et quia multis ſupervenientibus impedimentis, non promptum ſemper, maximè neceſſitate id exigente, auxilium Eidem polliceri poſſumus, volumus & mandamus firmiter Magnificis noſtris & Nobiliſſimis Cameræ Spirenſis & Rotwilenſis Iudicibus, ut ex conceſſa ſibi à noſtrâ Clementia poteſtate & authoritate, omnes qui jura & privilegia Civitatis Argentoratenſis calumnioſe violare conarentur, coram ſuis judiciis, non obſtantibus quibuſcunque fori, exemptionis, vel Auſtregatum ſibi conceſſis privilegiis, valide convenire, nec in caſu denegatæ remiſſionis ibidem appellare permittant, ſed ut turbatores de crimine convictos in pœnam privilegiis inſertam condemnare valeant. Datum Kempten 9. May anno 1494. Atque hoc ipſum poſt ... non tantùm confirmatum; ſed in Camera quoque Imperiali *anno* 1583. *d.* 11. *menſ. Jan.* productum, ab Eâ, cauſa cognita, pro ... acceptum: & denique præclarum ac honoricum Documentum inclytæ huic Reipubl. decretum eſt.

Atque hoc eſt, quod à me habeat Argentina, amoris pignus: Neque enim fas erat, in qua natus ſum, vivo, & ... dulciſſimâ Patriâ, Nomen ejus Laudesque reticere.

Interim DEO,

Laus ſit in æternis æternum gloria ſeclis.

BIBLIOTECA ... ROMA